Natus est vobis hodie ⁊c. Et q̄ vellet curiose predicare oēs quinq; cōclusiōes essent nimis prolixe. Et omnes tāgūtur in themate. In quo q̄nq; sunt pditiōes. Prima ergo tangit per primā dictionē. Secūda in secūda. Tertia in tertia: ⁊ sic de aliis. Dico primo q̄ ista bn̄dicta natiuitas fuit antiqtus p sc̄tas psonas ardēter desiderata. Et vt melius ista cōclusio nē intelligaṫ audite parabolā. Noueritis q̄ fuit q̄daz magna ⁊ nobilis ciuitas optie populata q̄ fuit ab inimicis crude liter obsessa impugnantib⁹ eā oi genere armoꝝ intātū q̄ iā eis deficiebant cibaria tm̄ durauit obsidio: nec inimici vole bāt eos recipe ad vitaz nec miam facere aliquā imo occidebāt eos statim. Sciēs aūt hoc rex ⁊ dns ciuitatis secrete misit nūcios ⁊ lras ciuitati eis itimādo q̄ ipse veniret ad eos personaliṫ ⁊ liberaret eos cū eēt potēs. De q̄ ciues fuerūt multum gauisi ⁊ ardēter q̄tidie expectabāt eius aduētū. Recte ita fuit de isto mūdo. Ciuitas ista magna ⁊ nobil fuit ⁊ ē natura hūana. O ⁊ q̄s posset nūerare āt ciuitates fuerūt ⁊ habitatores i ea. Ab adam vsq; ad natiuitatē xpi cū trāsiuerunt fm aliqs doctores vltra q̄nq; milia ānoꝝ: q̄ fuit obsessa q̄tidie a crudelib⁹ inimicis. s. infinitis demonib⁹ ipugnātib⁹ eā diuersis tēptatiōib⁹. cū balistis: miseriis ⁊ afflictiōib⁹: intātū q̄s iā deficiebāt esse seuvi cualia spūalia. de q̄b⁹ dicit xps. Non in solo pane viuit hō: ⁊ in oi ẏbo q̄ procedit de ore dei. Mat. iiij. Licet hērent doctrinā mosaycam: sed non dat vitā eternam nec habebāt potū. i. pmissionē spiritualiū q̄ refrigerant animas. Et quādo aliquis exibat de ciuitate. s. p. mortē: statim sine mia capiebat ⁊ in carcere inferni in carcerabatur. Deus aūt dns huius mūdi volēs consolari ciues secrete misit eis nuncios sc̄z sanctos patriarchas ⁊ pphetas cū literis suis nunciando eis q̄ ipse met personaliter veniret ad liberādum eos. De quo multum gauisi ciues ⁊ habitatores ciuitatis mittebāt sibi supplicationes: sc̄z deuotas orationes vt veniret ⁊ liberaret ciuitatē. Prio venit moyses dicens deo patri. Obsecro dne mitte quē missurus es. Exo. iiij. put ꝑmisisti. Scōo dauid ex parte ciuitatis totius dicens filio. Dne excita potentiā tuā ⁊ veni vt saluos facias nos. ps. lxxix. Tertio salomon dicens spiritui sancto. Mitte illā de celis sanctis tuis: ⁊ a sede magnitudinis tue: vt mecū sit et mecuz laboret. s. cōtra inimicos. Sap. ix. Nota mitte illā sc̄z personā xpi in carne humana: q̄ mittitur a patre ⁊ spiritusancto ḡtū ad humanitatē. Quarto Esa. dicens. Utinam dirrūperes celuz ⁊ descēderes. Esa. lxiij Alij dicebant. Veni dne ⁊ noli tardare. relara facinora plebis tue israel ⁊c. Rex autem auditis his supplicationib⁹ missit secrete vnum nunciū ciuitati qui diceret ex parte sua. Apparebit in fine ⁊ nō mētietur. Si mora fecerit expecta illū q̄ veniens veniet ⁊ non tardabit. abacuch. ij. Ecce q̄o ardenter desiderabatur et dicebant fm Ambr. Qñ veniet: qñ nascet: quando apparebit. Putasne videbo. putasne durabo. putas hic me inuenict illa natiuitas. O si oculi mei videbūt p quez oculi cordis reuelabunt. O si oculi mei vidēbūt q̄ credo in scripturis dei. Et ḡto magis appropinq̄bat tanto magis desiderabat. Uita veniēdi incepit ipse in die sue cōceptionis. Ideo feruētissime desiderabat a beata virgine matre sua et a sancto ioseph qui quotidie cōputabant dictas cupiētes videre die ingressus sui in hunc mundū. Virgo ipm portauit. ix. mensibus ⁊ sex diebus qui sunt. cclxxvij. dies. Ideo in persona xpi dicit scriptura sancta. Sum inquit ⁊ ego mortalis hō sī millis omnibus ⁊ in ventre mris figuratus sc̄z figura hominis siue caro. x. mensiū tpe. Sap. vij. Propter hoc virgo maria ⁊ ioseph scientes suum aduentū prope preparabāt se ad ipm devote recipiēdū. Virgo autē preparabat panniculos de lana ⁊ de lino: sicut faciunt mulieres qñ sunt iuxta partū. Joseph autem emerat vnum [illegible] vt faceret illa die natiuitatis magnū festum. Sed interim dicit lucas q̄ exiit edictū a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. Lu. ij.

Ideo voluit describere mūdū augustus qz voluit scire quot essent ꝓuincie: quot ciuitates: quot hoies. Nota magnaz tristiciā ioseph quando audiuit edictū imperatoris q̄ sub pena mortis singuli ꝓfiscicerent in ciuitatē natiuitatz Joseph qui erat de ciuitate bethleem de genere dauid incepit fiere di. O miser sivado de bhleem: nō videbo istā bñdictā natiuitatē a sanctis patrib⁹ tandiu desideratam si nō vado ero inobediens ⁊ occidar: nec etiā videbo dictā natiuitatē: sic tristis venit ad domū. Virgo autē maria consolabatur eū. Ita dz facere vxor di. O pater quid habetis modo: qz deberetis gaudere: quia saluator est nasciturus in breui. Tūc ioseph narrauit virgini marie edictum imperatoris ⁊ causam sue tristicie. Ad quod virgo rñdit. Pater non ploretis: qm̄ ego ꝓ cōsolatione vestra vadam vobiscū que etiā sum de progenie dauid Joseph ex vna parte letabat q⁹ ygo vellet ire. ex alia parte dubitabat quid dicerent sibi gentes q⁹ duceret secū mulierē iuuenē grauidā ⁊ partui propinquā. Itē quid si parereт in via. Ad quē virgo. Pr̄ nō curetis de locutione gentiū exquo intentio est bona. Volūtas dei est q⁹ vadamus bethleem: qm̄ nasciturus est ibi saluator. Iuxta ꝓphetiā Michee. v. Et tu bethleem effrata puulus es. ſ. locus i milibus iuda ex te enim egrediet qui sit dominator in israel. Virgo autē maria melius sciebat bibliā q̄ ꝓphete. vt dicit oi gentes. ⁊ parauerūt se ⁊ recesserunt de ciuitate nazareth. Joseph cum virgine in asino equitāte ioseph ꝓcedente vinculū asini ⁊ bouis quē ducebat trahēdo. Ecce regina paradisi qualiter ibat associata. Tūc fuit cōpleta ꝓphetia Aggei de hac mutatione dicētis. Adhuc vnū modicū ē ⁊ ego ꝓmouebo celū ⁊ terrā ⁊ mare ⁊ aridā: ⁊ mouebo oēs gētes: ⁊ veniet desiderat⁹ cunctis gentibus. Aggei. ij. Nota vnū modicū: qz modicū tēpus fuit a prophetia Aggei vsq ad christum ⁊ ego cō mouebo celū vbi loquit de celo empireo imobili. Dicit sanctus Tho. in. j. parte. q⁹ q̄ aliquis angelus hz a deo aliquam reuelationē: statim ille reuelat alijs. ita q⁹ ibi nihil teneatur secretum. Ideo archangelus gabriel in cō. illo tēpo scē trinitatis quando habuit reuelationez incarnatiōis ⁊ natiuitatis filij dei de qua ipse erat nūci⁹: statim ipse reuelauit oibus alijs ⁊ sic celū fuit cōmotū ad gaudiū ⁊ leticiā ⁊ tripudiū ꝓpt eoz ruine reparationē. Itē ego cōmouebo terrā: terra ygines vi virgo maria q̄ debuit ꝓducere fructū vite q̄ fuit mota in ăgeli salutatiōe: cū turbata cogitabat q̄lis eēt ista salutatio. Luce. ſ. Itē cōmouebo mare ⁊ aridā q̄s ex edicto imperatoris gētes ꝓfitebātur in ciuitatib⁹ suis: qdā per mare: qdā p aridā. Tūc veniet desiderat⁹ cūctis gētib⁹. ps pria ꝓclusio. Scda ꝓclusio dicit q⁹ hec bñdicta natiuitas fuit p ius deos min⁹ appreciata crudelit. Dicit hystoria q⁹ q̄s ioseph cū ygine fuerūt in ciuitate bethleez nō inuenerūt hospitium nec aliquā domū nec hospitale vbi vellēt eos recipe. Ad hoc assignāt tres rōnes. Prima qz venerūt devltimis ⁊ habuerūt ire spaciose p viā. Iō q̄ venit extrem⁹ ira tū sepevidem⁹. Scda ls illa ciuitas bethleē eēt parua: abūdabat tñ multū in militib⁹ ⁊ ciuib⁹ ⁊ nobilib⁹: q̄ erāt de genere dauid q̄ fuit nat⁹ in illa ciuitate q̄ miserāt nūcios ꝓ habendis hospitijs. Tertia rō fuit auaritia hospitalariorum qui quando videbāt ioseph pauperē cū muliere grauida cogitabant q⁹ occuparent vnā domū ⁊ q⁹ modicū lucrarentur cum eis. Ideo ⁊c. Ad practicā ⁊ potestis cogitare quomodo fuit quādo ioseph cū virgine in asino equitante intrauit p portā ciuitatis. statim diuertit ad primū hospitium ne haberet discurrere per ciuitatē querens si posset ibi hospitari. Cui dixerunt ⁊ quot estis ⁊c. et quando videbant q⁹ erant solum duo ⁊ cū boue et cū asino cogitantes: modicū hērem⁹: dixerūt sibi trāseatis vltra: qz hic nō est locus provobis. Qui iuerunt ad aliud hospitiū. Rñderunt q⁹ totum erat plenū. Cogitate h tristiciā ioseph ⁊ verecūdiā virginis marie sic ire ostiatim. Sed virgo patienter sustinebat ⁊ consolabat ioseph. Deinde iuerunt ad aliud hospitium vbi dixerūt q⁹ totū erat plenū ꝓ tali dño ⁊ ꝓ tali vēturis ⁊c. Videns ioseph q⁹ ꝓ pecunijs nō ineneniebat hospitiuz ꝙrebat amore dei vt in aliq̄ domo illa mulier grauida pro tui propinqua reciperetur nec inuenit in tota ciuitate imo dicebant sibi. O antiq̄ bene videt certe q⁹ estis zelopit⁹ de vra

re vestra: ⁊ quare posuistis ipam grauidā in via. Et pauper homo flebat. Ad quē virgo. Pater habeamus patientiam ⁊ perquiramus aliquod hospitale. ⁊ sic inuerunt advnum hospitale: querendo si possent ibi reciꝑi amore dei. Respondit hospitalarius. Vos sani estis: ⁊ domus ista est ꝓ infirmis: nec potestis ibi reciꝑi ideo parcatis. Cum autem hora iam esset tarda nec inuenirent aliquod hospitium dicebat ioseph. O domine hec sunt peccata mea. Cunq̄ inuenissent vnam porticum in via publica in qua erat ꝓsepe in qua forenses quandoq̄ ponebāt animalia sua. Dixit virgo. Pater hic poterimus stare: qz nō est honestū ire ꝑ villā tali hora. Dixit ioseph. O miser. ⁊ nūq̄d inueniem⁹ aliquā domū. Dixit ygo maria. Pater totus mūdus est dom⁹ dei ideo stem⁹ hic. Tūc ioseph cū maxima reuerentia deposuit virginē de asino et intrauerunt porticum ⁊ ioseph posuit vnā flaciatā quā portauerat in asino ꝓ cortina ne viderent ⁊ iuit ad emendū paleam ⁊ carbones ꝓpter frigus. Et de modica palea fecit lectū regine celi di. O dñe q̄d dicetis mihi q⁹ in tali lecto collocauerim matrē vestrā ⁊ in illa porticu steterūt ad minus. xiij. diebus qz dicit gl. sup Mat. ij. q⁹ reges orientis adhuc inuenerūt regē xp̄m in illa porticu. Ecce palatiuz regine paradisi ecce quomodo illa natiuitas gloriosa fuit a iudeis min⁹ appreciata. Hoc reuelauerat deus Hiere. ꝓphete qui flens dicebat in ꝑsona iudeoꝝ. Tibi peccauimus expectatio israel. saluator noster in tp̄e tribulationis. Quare quasi colonus futur⁹ es in terra: ⁊ q̄s viator declinans ad manendū. Quare futurus es sicut vir vagus ⁊ fortis qui non potest saluare. Hier. xiij. Tūc ista ꝓphetia fuit cōpleta: ps scda ꝓclusio. Notaliter. quilibet vestruz modo in corde suo dicit. O si ego fuissem tunc ibi ⁊ cognouissem eum ego recepissem eū in domo mea ⁊c. Utinā vos nō sitis in eadē ꝑdenatiōe vel cruditate cū iudeis. Et nunq̄d hodievidistis virginē grauidā in ista villa cum ioseph: ⁊ tñ nō recepistis eū. Virgo grauida de filio dei est hostia ꝓcrata quam ducit sacerdos vt ioseph. Quis vestrum recepit eā cōicando deuote credo q⁹ nullus. De bono ꝓlio debebatis sibi ꝓparare domū ꝓcictie ꝑ ꝓtritionē ꝓfessionē ⁊ satisfactionē: sz multi excusant sevt iudei dicētes. Ego habeo recipevnum magnū militē. ſ. dñm caponem: dñm heduz dñm porcū. Alius dicit. Ego habeo recipere magnā dñam nobilem. ſ. dominam gallinā: alius dñam pdicē ⁊c. sz nolūt recipere dñm iesum xp̄m. De quibus dicit ioānes in euāg. In ꝓpria venit ⁊ sui eum nō receperunt. Quotquot autez receperunt eū dedit eis ptātez filios dei fieri. Joannis. j. Tertia conclusio dicit q⁹ ista benedicta natiuitas fuit p deum celebrata potēter. Virgie maria existente in illa porticu vt dixit in medio paramentorum circa mediā noctem venit hora partus quam sensit virgo maria: nō sicut cetere mulieres: quia ꝓiuſſ̄ sentiāt partū habent dolores miserias ⁊ tristitias in corpore: ⁊ facies mortificat. Sed virgo maria habuit alia signa sz illuminationes singulares ꝓsolationes ⁊ dulcedines cordis ⁊ delectationes maximas magis q̄s alias ⁊ facies eius resplenduit. Quod videns ioseph dixit. Benedicta q̄d est hoc. Respondit. Pater modo venit hora partus mei. Joseph surrexit subito vt vocaret obstetrices. Sed ygo, phibuit eū di. Pater sicut in ceptione nulla creatura fecit aliquid: sic nec etiā in natiuitate. cogitate quomodo dixit ioseph. Bñdicta vos nō estis sup hoc expta. neq̄ ego ⁊c. Et virgo: pater non curetis: qz pater celestis ꝓuidebit. idest deus. Ideo liber de infantia saluatoris qui ponit q⁹ ibi fuerunt mulieres est reprobatus ex decreto pelagij pape. Hiero. Nulla ibi obstetrix nulla mulierularū sedulitas interfuit: sed subito sicut radius solis trālit per fenestram vitream sine fractione: sic christus sol iustitie transiuit per portā vteri virginalis sine aliqua fractione: ⁊ corruptione tanq̄ sponsus de thalamo suo. Quem virgo recepit manibus ꝓtius genibus flexis cū marima reuerentia ⁊ veneratione adozādo ipm ⁊ dicēdo. O dñe vos benevenerit⁹ de celo in terrā, p̄ salutatione hoim. O dñe desideratē a sctis pr̄iarchis ⁊ ꝓphetis adorovos: qz inſpirtū deus estis creator meus inquantuz homo estis filius meus: ⁊ osculabatur eum modo in pedibus tanq̄ deū: modo i ore tanq̄ filiū: modo in manibus tanq̄ crea

totem omniū rerum modo in frōte tāq̄ filiū suū dicens. O dñe tantā gr̄am mihi fecistis adorauit q̄ eū centūplicib⁹. Et vt quidā dicūt ait. Tu es dñs de⁹ meus tu es redēptor me⁹: tu es filius me⁹ dilectus. Ambro. O beata virgo quis nobis posset archana tui cordis reserare cum hinc adorares natum tuū vt deū: & hinc osculareris vt filium. Joseph autē fiens pre gaudio dicebat. Benedicta permitte mihi adorare filium tuū & filiuz dei tandiu desideratū ⁊c. Die q̄o adorabat eū dicens. O dñe tantam gr̄am mihi fecistis q̄ reges & pphete voluerunt vos videre & nonviderunt & mihi peccatori fecistis tantā gratiā vt vos videam. Tunc infans ꝑpter frig⁹ incepit flere. Statim ioseph calefecit pāniculos & virgo inuoluit. Deinde ioseph voluit vocare aliquā mulierem que lactaret ⁊c. sed virgo, phibuit. Ad quē ioseph. Benedicta quid facietis: q̄ non habetis vos lac. Dicūt me dici q̄ ab eadē radice: ꝓcedunt lac et pples. Jdeo mulier que nō cognouit viruz nō hz lac. Respondit virgo. Pater: deus puidebit. Tunc virgo flexis genib⁹ orauit deū patrē dicens. Deus pater vos & ego habemus vnū filiū eōem ideo vos q̄ puidetis omnibus creaturis, puideatis sibi de lacte. Tunc subito vbera virginis fuerunt plena lacte de celo sibi missō. Jō dicit ecclesia. Nesciens virgo virum pepe rit sine dolore saluatorem seculorum. Ipsum regem angelorum sola virgo lactabat vbere de celo pleno: patet tertia conclusio. Quarta conclusio dicit q̄ illa benedicta natiuitas fuit per virginē absc̄dita humiliter. Dic historiā & statim qñ xp̄s fuit natus corpus suū resplēduit sicut sol quādo oritur: & nox facta est vt meridies et ista claruit. Cogitate quō multi qui non dormiebant admirantes de tanta claritate voluerunt videre fontem luminis: & ꝛcurrētibus eis ad tā magnum spectaculū luminis virgo sentiēs tumultū gentis: filiū posuit in ꝓsepio. Judei aūt venerūt & viderūt vn̄ lumē, pcedebat. Direrunt aliqui: ꝓpheta dicit q̄ qñ messias nascet nox sicut dies illuminabitur: direrunt aliꝫ si esset forte iste. Direrunt quidā: taceatis non curetis: si herodes sciret interficeret nos. Jta q̄ timore herodis non fuerunt ausi recipere regē messiam. De isto lumine ꝓphetes. Populus qui ambulabat in tenebr⁹ vidit lucē magnā. habitātibus in regione vmbre mortis. s. peccati ingratitudinis: lux orta est eis. Multiplicasti gentē. s. ad videndū lumē. nō magnificasti letitiam: qz nullū encenīū sibi miserūt nec virgini. s. matala ffintranasset. De quo lumine loquitur: ostenditur cū dicitur & sequitur. Paruulus natus est nobis: & filius dat⁹ est nobis. nō pater: nec spūssanct⁹. Esa. ix. Et hic questio quare virgo beata posuit filium suū in ꝓsepio inter bestias. Quid si bos, cornibus & asinus dentib⁹ impetissent. Beatus Lucas vult excusare & ginē dicens. Reclinauit eū in ꝓsepio qz nō erat ei locus in diuersorio. i. in ista porticu. Sed hic posset homo beato luce rndere. Et nunq̄d ego que sine dolore & miseria peperit poterat ipsum ponere siue tenere in gremio vel brachijs: ꝛc. posuit eum inter animalia. Rndetur q̄ triplex fuit ratio.

Prima ad complendum veritatē scripturalem.

Secunda ad subleuandum necessitatem corporalem.

Tertia ad docendum nos bonitatem moralem.

¶ Quantū ad primū fuit ꝓphetatū q̄ inter asiala debebat poni & per ea adorari humiliter. Cogitate quale gaudiuz habuit beata virgo quando vidit filium suū adorari a boue & asino. Et qualē tristitiā qñ videbat ipsum a iudeis refutari. Et fuit impleta ꝓphetia. Esa. dicentis. Audite celi & auribus percipe terra: qñ dñs locutus est. Filios enutriui & exaltaui: ipsi aūt spreuerunt me. Cognouit bos possessorē suuz: & asin⁹ ꝓsepe dñi sui: israel autē me nō cognouit. Esa. ꝛc. i. Quantū ad scām rōnem. Jā videt̄ quō viget frigus in isto tpe. Cogitate si ego maria habebat frigus: qz non legit vnq̄ portare tvestes foderatas, ꝓpter hoc posuit filiū suū in ꝓsepio vt asiala calefacerent eū cū anhelitu. put fuit reuelatum Abachuc ꝓphete qui de hoc dixit: domine audiui auditū tuū & timui. Dñe op⁹ tuū ꝓsideraui: in medio duor̄ asialiū cognosceris. Abachuc. iij. fm. lxx. Quārto ad tertiā rōnez hoc fecit q̄ vt nos instrueret in bonitate morali. Bos est asial mundū habens duo cornua que significant dños tēporales & rectores cōitatū. Asinus qui portat onus significat vasallos et subditos. Et virgo posuit filiuz suū in medio ostendēs q̄ oēs possunt bene saluari. Dñi seruādo iusticiam: q̄ nec odio nec amore nec timore nec munere faciāt contra iusticiā: vasalli etiam seruādo fidelitatē obedientiā & reuerentiam dñis. Scdo bos est asial mūdū: qui antiquitus sacrificabāt deo. Jdeo signat sacerdotes qui offerūt sacrificiū deo. Asinus rudis significat laicos. virgo posuit filiū suū in medio innuens q̄ omnes possunt saluari. Tertio bos qui non portat onus significat diuites qui manibus nō laborāt. Asinus significat laboratores si sint patientes. Quarto bos qui hz cornua significat ꝓsonas deuotas & sanctas. Duo cornua sunt vera prudentia siue credentia ad fidē & prompta obedientia ad mādata. Asinus accidiosus significat pctōres si sint penitētes ꝓnt saluari. Quito bos q̄ ruminat & diuidit vngulaz. significat ꝓlatos magistros & doctores q̄ rumināt studēdo & diuidunt vngulā. i. habēt sciētiam veteris & noui testamenti. Asinus significat ignorātes: xp̄s ponit in medio ⁊c. & verificatur illud dauidicū. Homines et iumēta saluabis dñe: quēadmodū multiplicasti misericordiā tuā deus. ps. xxv. Nota homines tā potētes q̄ ipotētes: tam sapiētes q̄ diuites & iumenta. i. pctōres rudes & ignorātes saluabis dñe. Quita cōclusio dicit q̄ hec benedicta natiuitas fuit p sanctos angelos patenter publicata quando apparuit pastoribus dicens optima noua. Natus est vobis hodie saluator qui est xp̄s dñs in ciuitate dauid. modum narrat beatus Lucas. dicat̄ hi storia breuiter de angelis in natiuitate xp̄i q̄s de⁹ p̄ misit de celo: vbi fiebat magnū festum de natiuitate xp̄i ad terram vt etiam fieret ibi festū. Hec b̄ndicta natiuitas fuit reuelata pastoribus vigilātibus non imperatori octauiano dormiēti: nec in hierm magistris & doctoribus nec sacerdotib⁹: sed pastoribus carmina cātātib⁹. Quare hoc? Dicit Bern̄. q̄ pastores habebāt q̄nq̄ ꝓditiones in quib⁹ ostēdit q̄bus ꝓsonis de⁹ reuelat sua secreta & dat suā gloriā. Primo pastores vigilabāt sup gregē ⁊c. In quo ostēditur q̄ pastores tā tpales q̄ ecclastici debēt vigilare sup gregē eis cōmissuz: ne a lupis peccatoꝝ marie notoriorꝝ deuorent: qz ex peccatis secretis nō puniē cōitas talibus pastoribus reuelat deus suā gloriā & gratiā. Scdo sonabāt cōcorditer fistulas in quo ostendit q̄ ꝓsonis deuotis et pacificis que sonant per orationes & supplicationes deus reuelat suā gratiā et gloriā. Tertio qz erant i deserto in asperitate pnie ⁊c. vbi male comedebāt & bibebāt & dormiebāt ⁊c. Jn q̄ ostdit q̄ per sonis q̄ viuunt in aspitate pnie ⁊c. Quarto qz erant hoies paupes ⁊c. Jdeo xp̄us Ue vobis diuitib⁹ q̄ hic habetis cōsolationē vestrā ⁊c. Luc. vj. Quinto qz erant hoies simplices: neminē despiciebāt talibus dat de⁹ suā gr̄am. Antoritas christi Confitebor tibi pater dne celi & terre: qz absc̄ondisti hec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea parvulis. Mat. xj.

¶ Dñica infra octa. natiuitatis xp̄i ser. j.



Lce positus ē hic in signū cui ⁊ tradicetur. Luce. ij. Certū est et p sctām scripturā probatū est & clarū q̄ ante aduētū & natiuitatē xp̄i null⁹ ḡtūcūq̄ sctūs potuit iuenire viā paradisi vt posset gr̄iam hr̄e. Rō: qz si ꝓcedētes ductores errāt i via: opz etiā sequētes deuiare. Sic a principio de⁹ dedit hūano gn̄i duos ductores. s. Adā & Euā q̄ in ꝑma dieta errauerūt a via gr̄e & ꝑse quent̄ avia glie. Jō oportuit sequētes ipsos errare & deuiare p desertū hui⁹ mūdi inter lupos & feras ifernales q̄ deuorabāt oēm hoiem. De hoc dicit dō. Errauerūt in solitudine i inaqoso: viā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. ps. cvj. Nota i solitudine. i. in deserto. Quare hoc: cum tñ in mūdo essent multe gentes. Quare ergo dicit in solitudine in inaquoso. Rndsio q̄ nulli homo habeat deū secū per gratiā: ipse est solitari⁹ & desertus: q̄ncunq̄ sit multis gentibus associatus. Et qz tunc mūdus non habebat deū incarnatū: nec aḡs doctrinarū cuāgelicarū: ideo vocat mundū desertum & inaquosuz. Si dicat ab aliquo iudeo. Nūquid fons doctrinarū moysi rigabat totum mundum ⁊c. Dico q̄ nō fuit fons aque: sed arene.

terrenorum. Patet ergo quomodo totꝰ mundus errauit a via paradisi. Sz mō iam possumus ire viā rectam ad paradisum: quia in christianitate inuenimꝰ viā quia sicut peregrini qui vadunt ad aliquā notabilē peregrinationem i diuīs inueniūt aliquod signū vel crucis vel lapidis, ſ. monstrans viā rectā ne errant in via: sic deus pater nobis viatoribus et peregrinis misit filiuz suū quē nobis dedit in signum certū ne erremus viam paradisi. Ideo de ipso dicit Lu. in thema. Ecce positus est hic in signū. ſ. vie paradisi. Patet thema. Deinde dicit euangeliuz: cui cōtradicet. Nota in xpo nouiter nato triplex signū pro eūdo ad paradisum: a cuilibet signo cōtradicit a multis: que signa dedit angelus pastoribus dicens. Hoc vobis signū. Inuenietis infantem pānis inuolutū a positum in presepio. Lu. q. Ubi dicit tria signa: scz.

De integra puritate: cū dicit inuenietis ꝛc.

De voluntaria paupertate: cum dicit pannis ꝛc.

De vera humilitate: cum dicit posituz in presepio.

¶ Pro quolibet triū dicit thema. ecce positus est hic in signū. Dico primo q primū signū qō habemus i xpo nouiter nato est integra puritas. Puritas dicit integra qñ consistit tā in corpore q̄ i aia: qz aia nō est homo: nec corpꝰ est homo sed totū insimul corpus a aia est hō. Sic qñ hō seruat puritatē i corpore a prauo ope nō dicit̄ ꝓprie purus nisi etiā preseruet puritatem in aia expellendo ab ipsa malas cogitationes et desideria pro suo posse. Hinc est q dñs dans legem dedit duo precepta puritatis. Unū pro corpore dicens: non mechaberis. Aliud p aia dicēs. Non concupisces vxorē primi tui q. d. non sufficit seruare corpꝰ purū: sed etiā aiam. Hoc signū puritatis dedit angelus de xpo di. Inuenietis infantē. Noluit xps nasci tam adultus vt adam: sed infans paruulus vt ceteri: a hoc in ꝓmēdatione puritatis qz infantes nullā habent corruptionē luxurie: nec in corpore nec in aia. Dic exemplum de euangelio qō recitatur a tribus euāgelistis. Matt. xix. Mar. x. a Luce. xviij. de gētibus que ex deuotione portabant infantes ad iesum xpm: vt tāgeret ipsos: quos discipuli prohibebāt: sed iesus indigne tulit dicens. Sinite paruulos venire ad me: et nolite ꝓhibere eos: talium enim est regnū celoꝝ. q. d. q magni a luxuriosi vadunt ad infernū. Dicit marcꝰ q ampleabat infantes de vno ad altū imponendo manus super illos. Quo facto dixit. Amen dico vobis: quicunq; nō receperit regnū dei sicut puer non intrabit in illud. Lu. xviij. Nota vt puer. i. purus. Patet ergo q signū in christo nobis datū est integre puritatis: cum dicitur. Inuenietis infantem. Hoc signum secrete fuit ostensum raab meretrici vt legit Josue. ij. quando filij israel debuerant intrare terrā ꝓmissionis vt caperent ciuitatem hierico et miserunt exploratores. dixit raab meretrix exploratoribꝰ iudicoꝝ. Noui q dñs tradiderit vobis terrā hanc. Etenim irruit in nos terror vester a clāguerūt oēs habitatores terre. Dñs eīm deꝰ vester ipse est deus in celo sursum a in terra deorsum. Detis mihi verū signuz vt saluetis patrē meū a matrē: ffes ac sorores meas a oia que illorum sunt. a eruatis aias nostras a morte. Qui dederunt sibi funiculum coccineuz vt ipsum poneret in fenestra appensum: et hoc signo saluata est. Talis est ꝑsona luxuriosa. Deꝰ ordinauit a restrinxit illud opus ne fiat nisi iter viruz a vxorē matrimonialiter cōiūctos. Hec mulier raab noie a etiā officio signi ficat ꝑsonā luxuriosam. Raab eīm interpretat dilatata: sed luxuriosus vult dilatari a ampliari dicens. O vxor mea est senex vel infirma: turpis: vel sterilis: vt dimisit me: ideo ꝛc. Ecce hec raab dilatata meretrix. de qua dicit dauid in ꝑsona christi. Memor ero raab a babylonis id est ꝑsone luxuriose a ꝑfise: que nullū ordinem seruat nec moduz de qua memor est xps in die mortis a iudicij. Signuz q poterit saluari est suspendere funiculuz coccineuz in fenestra. Funiculus ille est castitas: a est de tribus filis: qz qui vult viuere caste opz q̄ seruet tria: scz.

Orationem spiritualem.

Afflictionem corporalem.

Uitationem socialem.

¶ Oratio spūalis est qñ fit deuote fiens genibꝰ mēte eleuata: cogitando q videatis xpm iratū ⁊tra vos ꝛc. Hoc mō aia recinet a malis cogitationibꝰ et desideriis. Quantū ad scām necessaria est afflictio corporalis one caro saltet siue rebellet qñ sicut ofo elenat aiam: ita afflictio corporalis deprimit carnē. Tertiū necessariū est vitatio socialis: sine qua nihil valent alia duo ꝓma. Cauere ab oi cōsortio mulierū: ab oi mala societate ꝛ opportunitate. Isto modo seruatur castitas. Ecce funiculus triplex de quo salomon. Funiculꝰ triplex difficile rumpitur. Eccl. iiij. Secus si sit solū simplex vel duplex. Quare dicit q erat coccineus? ego dicā: qz castitas dz seruari in memoriā passionis iesu xpi qui erat totꝰ coccineus id est sanguineus in die sue passiōis dicēdo intra se: xps ita ꝓ me fuit passus et ego dabo corpori delectationē: absit. Ideo dicit apls. Recogitate eū q talē sustinuit a pctōrū aduersus semetipsum ꝺdictionē vt nō fatigemini animis vestris deficiētes. Nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatū repugnātes. Heb. xij. Quare dicit q appendat ad fenestram? nunqd sufficeret ipsum tenere i foramine? Dico q quilibet dz se taliter habere in sua ꝙuersatione i incessu: statu a habitu: q oēs dicāt: vere ꝓsona casta est ista. Ecce qualiter funiculꝰ castitatis appenditur in fenestra cōuersatiōis. Aliqui tenent ipm abscēditū in foramine: a qñ redarguunt dicunt: sufficit mihi: deus hoc scit: sed nihil valet: opz eīm q sit in fenestra. Ideo dicit apls. Prouidētes bona nō tm coram deo: sed etiā coram oibꝰ hoibꝰ. ad Ro. xij. Ut oēs dicāt: vere bonꝰ homo vel bona mulier a casta videtur in oibus. Ecce signū puritatis de quo dicit thema. Ecce positus est hic in signū. Huic signo contradicit a multis. O et quot contradictiones fiūt quotidie xpo in isto signo tam a religiosis ꝑsonis a clericis q̄ laicis: demonstrando a alijs: qz totꝰ mūdus est corruptꝰ. De ista ꝺdictione dicit ꝓpheta. Ue q̄ contradicit factori suo. testa de samijs terre. Esa. xlv. Samia dicūt a quadā insula sic vocata i qua fuit primo inuēta opatio de terra: ꝑsonā luxuriosam vocat testā de samijs terre. i. illi ter re: qz ad instar opis terre luxuriosus ad extra est totꝰ pictꝰ siue ornatꝰ: sed intus est totꝰ corruptꝰ a plenus: a hoc de ꝓmo signo. Scōm signū est volūtarie pauperpertatis. Si dicat q̄d est pauptas volūtaria. Ego dicā. Nota hic ꝓmo tres gradus paupertatis voluntarie: primus est ex principio. Scōs ex fine. Tertiꝰ ex medio. Primꝰ gradus in principio est quando homo dimittit diuitias volūtarie habitas et habēdas: a amore xpi vult viuere in pauptate. Iste gradus est maior: et istum habuerūt apostoli sancti dicētes. Ecce nos reliquimus oia. Mat. xix. nō dicit oia dereliquerūt nos: sed nos reliquimus omnia. Si non habebant oia: quomodo reliquerunt omnia? Responsio. reliquerunt omnia que habebant: et etiā oia illa que poterāt habere: et voluntatē habendi. Ad istū gradū paupertatis volūtarie tenent religiosi ex obligatiōe voti. Scōs gradꝰ pauptatis volūtarie dicit ex fine qñ diues quouis mō dimisit oia a displicet sibi: sed post cogitās intra se dicit. quare tristor? quia etiā habebā dimittere et amittere hodie vel eras: a sic facit de necessitate virtutē: se cōsolādo a acceptādo qō deus fecit: talis paupertas bona est: sed prima est melior. In isto gradu fuit Job q oia perdidit a displicuit sibi a principio: et scidit vestimenta sua: et tonso capite corruit in terrā. Sz postmodum cōsolādo se dixit. Nudus egressus sum de vtero matris mee: a nudus reuertar illuc. Dñs dedit dominꝰ abstulit ꝛc. sit nomē dñi benedictū. Job. i. Nota nudus egreditur homo de ventre matris: cum miserabili camisia que statim laceratur ab obstetrice: a nudus reuertit homo cum alia miserabili camisia. ſ. linteo. Hec pauptas est etiā bona et meritoria ratione patientie: vt dicit Ambro. distin. xlvij. Sicut hi. nō tñ vt prima. Tertius gradus pauptatis volūtarie nō ex principio neq; ex fine: sed ex medio est: quando homo: iz habeat multas diuitias et possessiones et redditus: nō tñ ponit ibi cor suū: sed de ipsis seruit sibi in necessarijs: a de residuo facit magnas et largas elemosynas. Tales pauperes reputant. De istis dicit Dauid. Diuitie si affluant scz de bono iusto: nolite cor apponere: iz possint manus apponere ad licite cōgrandū: computandū: distribuēdum. De his tribus gradibus paupertatis volūtarie dixit angelus ad pastores de xpo. Hoc vobis signū: inuenietis infantē pan-

nis involutū. Luce. ij. Nota pannis non dicit sericis involuit eū: sed pānis qō notat paupertatē: qz paup ōr pānosus. De hoc signo habetur figura. Gen. ix. dicit breviter historiā quō Noe z filij eius cū oribus post diluuiū fuerunt qñ extra arcā deꝰ consolādo eos: qz timebāt ne pluuia rediret cū iā per annū integrū stetissent in arca. dixit eis nō timeatis. Arcū meū ponā in nubibus celi: z erit signū federis inter me z terrā. Gen. ix. Nota q iste arcus celestis signat paupertatē voluntariā Ratio qñ arcus est curuus: ita z pauper vadens humilr. Secus de diuitie q incedit totus rectus z superbe. Itē arcus ōr celestis: sic ex volūtaria pauptate deꝰ p̄mittit celū. Mat. v. Bti paupes spiritu: qñ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Itē cōiter arcus ille ē triū coloꝝ. s. de igneo: de liuido siue blaueo: z de viridi. In colore ignis repñtat primus gradꝰ pauptatis q̄ est ex principio: qz psona inflāmata igne amoris z deuotionis dei nō vult aliqd in isto mūdo. In colore liuido ostenditur secūs gradus q̄ est ex fine qñ psona cōsolat de amissis ex desiderio celi. In tertio colore de viridi repñtat tertiꝰ gradus pauperatis q̄ est ex medio: qz sicut arbor viridis facit fructū: ita qui sunt in isto gradu faciūt fructū elemosynarū et misericordiarū. Diuitibꝰ huius seculi precipe nō sublime sapere neqz sperare in incerto diuitiarū: sed in deo viuo q̄ prestat nobis oia abunde ad fruendū. Quid ergo est p̄cipiēdū bene agere diuites fieri i bonis operibꝰ. j. ad Tim. vj. Cū ergo dicit dñs. Arcū meū. i. paupertatē voluntariā ponā i nubibꝰ celi. i. in sctis aplis z viris aplicis. Et erit signū federis inter me et terrā: qz sicut nubes sunt medie inter celū z terrā a quibꝰ venit pluuia: tonitrua et fulgura: sic aplī et viri apostolici sunt medij inter deū et nos a quibꝰ descendit pluuia. scz doctrinarū tonitrua cōminationū: et fulgura inflammationū in amore dei et p̄imi. De quibus ōr. Qui sunt isti qui vt nubes volant. Esaye. lx. huic signo contradicitur a cupidis et auaris et dñis tēporalibꝰ per rapinā. a platis p symoniā: a iudicibꝰ z aduocatis z pcuratoribꝰ p calūniā: a diuitibꝰ z mercatoribꝰ pfurā: a religiosis p p̄petatē ꝛc. intīm q ihs dicit. Tota die expandi manꝰ meas ad pplm nō credētē: sz p tradicentē mihi Esa. lxv. z ad Ro. x. Nota tota die expandi manus meas scz dādo pluuiā: rorem: panē: vinū: et oia necessaria ꝛc. ad pplm nō credentē. s. mādatis nec cōsilijs meis sed contradicentē mihi. Tertiū signū vere humilitatis est qñ gestꝰ corporis z signa exteriora cōcordant cū corpore: vt si hō hz verba z oculos humiles q etiā cor sit humile. als dicit scriptura sctā. Est q nequiter se humiliat z interiora eiꝰ plena sunt dolo. Eccl. xix. Propter qō angelus ostendens nobis signū vere humilitatis dicit. hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis involutū positū in p̄sepio. Ecce hic exemplū infinite humilitatis. Luc. ij. Magna humilitatis fuit si ij dei quando voluit humiliari infra seraphinos: cherubinos: thronos et dominationes: virtutes et potestates: principatus: archāgelos z angelos vt esset hō Nusq̄ angelos apprehendit: sed semen Abrae apprehēdit. ad heb. ij. Sed maius signum humilitatis fuit quando inter bestias voluit poni in p̄sepio: q̄ dicit patri. Ut iumentū factus sum apud te et ego semper tecū. psalmo. lxxij. Ecce signum vere humilitatis z signū saluationis. Nota figuraz que habetur Ezech. ix. vbi legitur q ezechiel propheta vidit deum iratū et furiosum volentē destruere ciuitatē sanctā Hierusalē z totā terrā promissiōis. Ad quem propheta. O dñe deus quare hoc? Cui dixit deus. Veni z ostendā tibi petā populi: z videbis rationē quare. Die historiā de illo hoie q̄ venit cum atramentario scriptoris z de septem alijs hominibꝰ ipsum sequētibus: quoruz quilibet habebat arma in manu sua ad occidendū. Dixit dñs illi qui pōtabat atramētarium. Transi per mediū ciuitatem Hierusalē: et signa thau super frontes viroꝝ gementiū et dolentiū sup cunctis abominationibꝰ que fiunt in medio eius. Deinde dixit septē hominibus ipsum sequētibus. Transite per ciuitatē sequētes eū z percutite. Nō parceat oculus vester neqz misereamini. Senē. adolescentulū: virginē: parvulū z mulieres interficite. Omnē autem super quem videritis signum thau ne occidatis: z a sanctuario meo incipite. Nota practicā signationis quomodo fiebat. Qū ille notariꝰ transeūdo videbat sacerdotes ridētes et gaudētes ꝛc. dicebat eis. de quo ridetis ita et gaudetis. Respondebant. Et nunquid debemus letari z gaudere ꝛc. qz habemus tot redditus ꝛc. Dicebat ille. expectetis modicū: qz alij soluēt vobis ꝛc. Qñ videbat aliquos sacerdotes ploratēs dicebat. Quare ploratis? Rñdebant. O miseri. Et nunq̄ debem̄ flere: qz tot peccata fiūt z tra deū? Tūc dicebat. amoneat capitū. z signabat eos signo thau in fronte. Idē fecit de militibus ciuibus z de alijs z de mulieribus. Tūc prophetā incepit clamare z dicere. Heu heu heu dñe deꝰ. Interiectio est dolētis. Ecce historiā. Hoc signū thau significat humilitatē triplici ratione. Prima qz significat crucē xpi in qua xps voluit humiliari: z in maiori gradu humilitatis. aplꝰ. humiliauit semetipsū factꝰ obediēs vsq̄ ad mortē. mortē aūt crucis. ad Philip. ij. Secūda qz thau interpretat subter. talis est humilitas vera. Tertia qz thau est vltima litera hebraica. Sic semp humilis vult esse vltimꝰ in oibus. Notari? est xps vt dicit gl. iterli. qz ipe signat signo thau qz ipe dat humilitatē paratis. Jō Joan. Apoc. vij. Vidi alterū angelū ascendentē ab ortu solis habentem signū dei viui. et clamauit voce magna quatuor angelis quibꝰ datū est nocere terre z mari dicēs. Nolite nocere terre z mari neqz arboribus: quoūsq̄ signem? seruos dei nostri i frontibꝰ eoꝝ. Nota alterū angelū. s. xpm nō angelū natura sz officio. signemꝰ non dicit signabo qz oportet q̄ hō se iuuet ad signandū: cogitando cū dolore pctā que fecit. z sic hō se humiliat. Nota in frontibus eoꝝ: qz magis apparet vbi notatur q̄ humilitas debet apparere in incessu: in vestitu: in ornatu z in alijs oibus: qz q̄ non signat hoc signo humilitatis: venit in posse illorum ser hominū armoꝝ qui significant sex ordines sanctoꝝ. qui licet modo oēt pro nobis: tū in iudicio arma būtur cōtra nos. Sap. v. Armabit creaturā ad vltionem inimicoꝝ. Patriarche armabunt z pcutiēt cū gladio de misericordia et liberalitate. Prophete cū ense deuotiōis. Apli cum gladio charitatis. Martyres cū scuto patiētie. Cōfessores cū balista diligentie. Virgines cū gladio munditie. Respiciamus ergo thau. i. signū humilitatis vt dicit Dauid. Fac mecum signū in bonum vt videant qui oderunt me et confundantur: quoniā tu domine adiuuisti me et consolatus es me. Huic signo contradicitur a superbis vanis et pompositis: de quibus propheta dicit xpo. hi contradicunt sacerdoti. Oree. iij. Nota sacerdoti. i. xpo cui dicit deus pater. Tu es sacerdos in eternum sm ordi. mel. ps. cix. Jdeo dicit xps. Discite a me qz mitis sum et humilis corde. Mat. xj. Ecce hic tria signa posita in via paradisi. Sed vtinā nō contingat nobis sicut beato Machario: cuius signa arūdinea diabolus sibi ammouit de via. Jta deus pater filiꝰ: z spūssanctus in nemore huiꝰ mūdi posuerūt nobis tria signa. s. puritatis: pauptatis: et humilitatis. sz diabolꝰ ia ammouit. Jdeo pater filiꝰ z spūssanctꝰ cōquerunt dicētes. ps. lxxiij. Signa nra nō vidimꝰ: iam nō est ppheta: qz iam inter religiosos nō apparet signū puritatꝫ pauptatis z humilitatis nec inter laicos nec clericos. Jō David. Posuerūt signa sua signa: et non cognouerunt. ps. lxxiij. qz iam per diabolū ammota sunt de via.

¶ De eadem dominica. Sermo. ij.

Ecce positus ē hic in signū. Luce. ij. Deꝰ pater fecit nobis de filio suo sicut solet fieri euntibus ad sanctum Jacobū vel ad notabilem peregrinationē. Nam in bijs occurrētibus ponitur aliquod signum vel crucis vel lapidis in via directa ne erretur. maxime quando est stricta et vix apparēs. et alia via est patēs z lata. Sic in ꝓposito iuxta illud Matt. vij. Spaciosa est via que ducit ad perditionē: et multi sunt qui intrant per eam. cū angusta porta z arta est via que ducit ad vitā: z pauci sunt qui inueniunt eā. Jdeo ne errem? in eundo deus pater posuit nobis in via directa penitentie filiū suū in signum dicens. Hoc signum vobis. Inuenietis infantem inuolutū pānis: positū in p̄sepio. Jdeo dicit thema. Ecce positꝰ est hic in signū. Nota hic figurā de signo thau quo soli signati saluabant a morte. Ezechie. ix. vbi declaranda sunt tria: scilicet.

Prima de viro induto de lineis.

Secunda de figuratione quam fecit.

Tertio de ter viris interficientibus non signatos.

¶ Quãtum ad primũ vir lineis indutus est xps vt dicit glo. qr ꝺiu sumus i ista vita xps est nobis idutus de lino ꝓpter tulcedinẽ misericordie quã habet erga peccatores penitẽtes. Auctoritas. Apo. j. Cõuersus vidi similẽ filio hominis vestitum podere. s. alba. Nota conuersus: qr quantũcũq; homo fecerit plura peccata ⁊ grauia: ⁊ vult conuerti et facere penitentiã videbit xp̃m indutũ sez de lino misericordie. Sed post hanc vitam videbit ip̃m armatũ totũ de ferro: vt homo armor. Auctoritas. Accipiet armaturã zelus illius. Induet pro thorace iustitiã et pro galea iudiciũ certum. Sumet scutum inexpugnabile equitatẽ: acuet antẽ diram iram in lanceã: ⁊ pugnabit cũ illo orbis terrarũ contra insensatos ⁊c. Sap. v. Nota zelus illi⁹: qr nunq; aliquis homo fuit ita zelotipus de vxore sua: sicut xps de alia nostra quã tãto precio emit ⁊ redemit p̃m illud. Empti estis precio magno. j. ad Cor. vi. Ideo dicit de⁹. Ego sũ dñs deus tuus fortis ⁊ zelotes. Exo. xx. Et sicut hõ armaret se cõtra vxorẽ si recederet ab ipso et iret ad lupanar cũ aliquo ribaldo vl lenone: ita xps q̃ i baptismo desponsat aiam. Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide. Ecce qualis honor. Sed qñ peccat mortaliter recedit a spõso suo xpo: ⁊ vadit ad lupanar. Et sunt septẽ lupanaria ⁊ septẽ lenones. Primũ lupanar est de superbia. cuius leno est Leuiathã Qñ ergo xps querit a scutifero sez angelo vbi est sponsa mea. Respondet angel⁹ Dñe recessit et iuit ad lupanar cũ iculta ⁊ than: ꝓpter qꝺ xps armatur. Et cõcordat Esa. ix. dicens. Zelus dñi exercituũ faciet hoc. Et sic de alijs lupanaribus. Christus armat se primo thorace vl lorica de iustitia. Nũc ipse portat camisiam lineã: intantũ q; si mittis sibi irato vnam sagittã denote orationis vt dimittat tibi peccata: statim vlneratur. De hoc ipse met dicit. Vulnerasti cor meũ soror mea spõsa: vulnerasti cor meũ in vno oculorũ tuorũ: ⁊ in vno crine colli tui. Canti. iiij. Nota qꝺ oratio fit ꝺuobus modis siue duplex est oratio. Quedã est intellectualis. de qua Lc. o. xiij. De Moyse qui orabat: ⁊ tamen ore nihil dicebat: ⁊ talis oratio vocatur ictus oculi: ⁊ sagitta que vulnerat cor xpi. Ideo dicit. Cor meũ in vno oculorũ tuorũ. Alia oratio est vocalis que fit ore: et ista exit per collum: et vocatur telum quod mouetur cum pondere ⁊c. de ista dicit in vno crine colli tui: ⁊ ista oratio vocat crinis: qr mouetur vna suffl̃atione. Sed post hanc vitam in alio mundo xps est ita armat⁹: intantũ q; si homo moritur impenitẽs: nõ potest xps ab eo vulnerari nec tangi. Ratio: qr est armat⁹ de thorace rigoris iustitie. Unde legitur Luce. xvij. de illo diuite qui non potuit obtinere guttã aque quã petebat orando dicens. Pater Abraam ⁊c. Et in capite accipiet pro galea iudicium certum.

Modo videtur surdus et cecus. Surdus quia videtur q; non audiat iuramenta ⁊ blasphemias quas facitis. Et cecus: qr videtur q; non videat tot peccata que fiunt: quia non facit iustitiam. Videtur q; nullũ habeat iudicium: sed post mortem accipiet pro galea iudiciũ certum: quia sicut galea stat in capite: ita ibi erit sapiẽtia iudicij. Tunc dicet. Nõ es tu ille qui fecisti talia ⁊c. O dñe credebam q; essetis surdus et cecus: dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij. Matth. xij. Hieremias. Regnabit rex ⁊ sapiens erit ⁊ faciet iudicium et iustitiam in terra. Hiere. xxiij. Item sumet scutũ inexpugnabile. nõ describus: sed scutum forte de corio cum venis ⁊c. Inexpugnabile cum quo fugabit omnes sagittas supplicationũ et orationum: etiam omnium sanctorum si orent pro aliquo impenitẽte: quia nõ possunt scutum penetrare. Secus modo: qr si tuipse mittis sibi vnam sagittam: siue vnum telum orationis deuote dicendo. Deus propicius esto mihi peccatori: statim penetrat. Item in manu dextra accipiet lanceam: que vno ictu penetrabit omnes peccatores impenitentes dando sententiã definitiuam dicens. Discedite a me maledicti ⁊c. Matthei. xxv. Ab illa lancea custodiat nos dñs. Patet ergo qꝺ est iste homo indutus de lino. Nũc ergo cõuertimini ad dñm deum vestrum: quia benign⁹ et misericors est: ⁊ indutus de lino mũdo. Quantũ ad secundum videndum est de signatiõe quam fecit tinctor et significat suam magnam charitatem. Calamus suã magnam misericordiam. Tincta siue incaustũ est sua magna gratia erga nos. Signatur persona signo thau: id est confessione quando cõfessor absoluit peccatores ad extra. Similiter christus signat ipsum in anima intus.

De hoc dicit christus confessoribus. Signemus seruos dei nostri in frontibus suis. Apoca. vij. Non q; sit caracter indelebilis: sed est quidam ornatus ad instar mulieris pulchrã coronã portãtis i qua adderetur pulchra stella pro ornatu. Sz nota quib⁹ psonis debz dari signũ thau super frontibus viror̃ gementũ ⁊ dolẽtium sup cunctis abominationib⁹. Nonergo debet dari illis qui veniunt ridẽdo vel excusando se: vel pctã abscondendo. Tales nõ sunt signãdi signo thau immo dãnatus est cõfessor qui tales absoluit: sed dz eis dicere vadatis: qr ira dei soluat ⁊c. iõ dicit. Signem⁹ suos dei: nõ seruos diaboli. sez nõ cõtritos. Idez de mulieribus que quãdo sunt ad pedes cõfessoris dicunt Pater nosterve Aue maria vl dicũt. Nõ recordor de aliquo peccato sed si confessor esset astutus ⁊ interrogaret et diceret. Quid de tali vicina vestra: ipa diceret ꝺ illa oia peccata mortalia ⁊ etiã venialia: sed de se non recordatur. Dic quõ confessio est facienda ad instar alicui⁹ q̃ hz reddere cõputũ ⁊ cogitat ⁊ videt ⁊ numerat. idẽ ⁊c. Deinde signat signo thau. ꝓtra irã dei vitãdã: ⁊ aia portat illud signum in frõte: qñ exit de corpore demones qñ vident illud signũ turbant. Auctoritas. Turbabunt gẽtes supple infernales ⁊ timebũt q̃ habitãt termios a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis. ps. lxiij. Propt hoc dauid sciẽs virtutẽ hui⁹ signi orando dicebat deo. Fac mecũ signũ in bono vt videãt q̃ oderunt me ⁊ cõfundant: qñ tu dñe adiuuisti me et cõsolat⁹ es me. ps. lxxv. Quãtum ad tertiũ de sex viris armor. interficiẽtibus nõ signatos. hi sunt sex ordines sanctor̃ qui sunt in celo: sez patriarche: ꝓphete: apli: martyres: cõfessores: ⁊ virgines: q̃ nõ sunt ad instar xpi induti sed post hãc vitã armabunt cum xpo. Auctoritas. Armabit creaturã. i. vniuersitatẽ sctor̃ ad vltionẽ inimicor̃ ⁊ pugnabit ꝓtra insensatos. Sap. v. Nota cõtra insensatos: ergo non ꝓtra me dicit sapiens. Sed quot sunt qui nõ credũt: immo putãt se esse sapientes. Nota sex cõditiones stultorum ꝓma est auaror̃ qui totã vitã suaz ponunt in pecuniis ⁊ bonis tpalibus ⁊ non curant de spualibus. Cõtra istos insensatos pugnabit xps i iudicio qñ aia exit de corpore dicẽs michaeli: voca patriarchas qui venient armati q̃bus dicet xps. Uos qui fuistis misericordes ⁊c. quid vobis vr faciendum de illo auaro vsurario ⁊c. Tunc illi gladio liberalitatis percutient dicendo. Judiciũ sine mia fiet illi q̃ nõ fecerit miam. Jaco. ij. Isto ictu miser cadit in infernũ. Secũda conditio stultorum est indeuotorum: qui non honorãt deũ nec sanctos: nec ecclesias nec seruos dei: immo iurant ⁊ blasphemant deum ⁊ sanctos. de ecclesijs faciũt lupanaria. vl tuperant seruos dei: quãdo tales moriũtur et sunt in iudicio: vocabuntur ꝓphete qui venient armati: quibus dicet christus. Uos qui fuistis homines deuoti q̃d videt vobis faciendũ de his indeuotis ⁊c. Qui lancea deuotionis percutient dicentes. Dñe maledicti erunt qui contẽpserunt: et condemnati qui blasphemauerunt te. Thob. xiij. Tertia est inuidorum: qui non possunt videre bonum proximi absq; dolore cordis: qui percutiuntur ab apostolis esse charitatis dicentibus: quia non fuerunt charitatiui. Omnis qui odit fratrem suum homicida est Et scitis quoniam omnis homicida nõ habet vitam eternam in se manentem. j. Joannis. iij. ¶ Quarta est vindicatiuor̃ qui nolunt remittere iniurias propter christum. Nunquid esset magna stultitia percutere seipsum gladio in pectore. Ita faciunt vindicatiui qui primo occidunt animam suam vt possint occidere asinum proximi id est corpus. Qui percutiuntur a sanctis martyribus. Scorgio: Uincentio ⁊c. qui fuerunt patientes qui percutiũt asci dicentes. Uos domine dixistis vindicatiuis. Pater meus celestis tradet vos tortorib⁹ nisi remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordib⁹ vestris. Matth. xviij. Quinta octosorũ qui nolunt laborare in bonis operibus: quibus contingit vt mercatori stulto qui nõ vult emere tempore ferie ꝺz post: ⁊ emet pro floreno quod poterat habere ꝓ vno

denario tempore ferie: qui percutiūtur a sanctis cōfessorib⁹ scz Martino: Dñico: ꝛc. Qui fuerunt diligentes: cum apls dicat. Si quis nō vult operari nec mandu cet. i. ꝛc. Ad thessalon. iij. sed mittenꝫ ad hospitale miseror⁹ scz ad infernū. Sexta est luxuriosor⁹ q̄ sunt insensati ad instar illi⁹ qui i supiori domo tenebat magnas mercantias: ꝛ in domo inferiori tenebat palea volebat se calefacere. incendit pa-ream ꝛ amisit oēs merces: ꝛc. Sic domus superior est mens vbi sunt merces meri ror⁹. Domus inferior vbi sunt palee sen sualitat⁹. Q̄n ergo luxuriosus vult se ca lefacere accēdit ignē in domo inferiori. i. in sensualitate ꝛ cōburitur etiā q̄cquid ē in domo superiori: q̄ amittit oia merita per vnū em̄ peccatū luxurie puta fornica tionis vel adulterij ꝛc. oia merita morti ficantur similiter ꝛ per quodlibet morta le. De quo vide sanctum Tho. Pulchre differentem. ignis est vsq̄ ad consumma tionem deuotans ꝛ omnia eradicans ge nimia Job. xxxi. Et loquitur de luxurio sis qui percutiūtur a virginibus. scz Ka therina Ursula ꝛc. que ꝓpter fetore clau dunt sibi nasum cū manica di. non intra bit in eaz: scz gloriā aliquid coinquinatū aut abominationē faciens ꝛ mendaciuz Apoc. xxi. Attendamus ergo ad signuz de quo dicit the. Ecce positus est hic in signū. scz virtutū: ꝛ in viā rectā: scz peni tentie: vt habeamus gratiam in presenti et in futuro gloriam.

¶ In festo circuncisionis christi. Sermo vnicus.



Apparuit beni gnitas ꝛ hūanitas sal uatoris. Ad titū. iij. ꝛ in epistola In hac die que est caput ānī sancta mr ecclia facit festū circun cisiōis dñi: quā hodie voluit recipe ꝓp tres rōnes q̄s declarabo. Materia erit satis speculatiua ꝛ ptinet multa secreta Sz si bñ vultis attēdere optime eā intel ligetis. Sed prio salutet⁹ ego maria ꝛc. Apparuit benignitas ꝛc. Dies ista dr solēnis ꝓpter tria singulariter q̄ hodie fue rūt facta in ꝑsona infantis dñi nri iesu xpi que tanguntur in themate.

Primum fuit susceptio circuncisionis dolorose.

Scōm fuit effusio sanguinis preciosi.

Tertium fuit donatio nomis virtuosi que notantur in themate.

¶ Primū ostenditur cū dr. Apparuit benignitas. Scōm cum dr. et humanitas. Tertiū cū dr. saluatoris. ergo Apparuit ꝛc. Primū quod hodie fuit factū in ꝑsona infantis dñi nostri iesu xpi fuit susceptio circūcisionis dolorose. Oēs itelligitis q̄d est circūsio scz incisio ꝑputij illi⁹ partis hois verecūde: que cū magno do lore ꝛ periculo dabatur: intantū q̄ multi pueri ex hoc moriebanf. Hanc circūcisio nēvoluit hodie habere siue recipere dñs iesus xps octo dierū iuxta preceptū moy si dicētis: infans octo dierū circūcidetur in vobis. Ossie masculinū in generatiōi bus vestris tam vernacul⁹ q̄ emptic⁹ circūcidetur ꝛ quicūq̄ nō fuerit de stirpe vestra: cerit⁹ pactuz meū in carne vestra in fedus eternū. Q̄asicul⁹ cui⁹ preputij caro circūcisa non fuerit: delebit aia sua de populo suo: q̄ pactū meū irrituz fecit Gen. xvij. idem precipitur Leui. xij. Mu lier que suscepto semie peperit masculū immunda erit septē diebus ꝛ die octaua circūcidetur infantulus. Ecce preceptuz legis strictum: graue et dolorosum. Hoc preceptum xps voluit seruare ꝛ comple re in quo videtur mihi q̄ xps tenuit mo dum diuitis plures captiuos habētis q̄ volēs suos captiuos custodire dat eis si gnum annuli in tibia. Sic fecit dñs de⁹ qui recepit populum israelvt seruiret si bi ꝛ ipse esset dñs eius. Dedit eis hoc si gnum circūcisionis dicēs abrae qui fuit primus qui ipsum recepit. Circūcidetis carnem preputij vestri: vt sit in signū fe deris inter me ꝛ vos. Gen. xvij. Idē dñs deus qui tunc ꝑcepit ꝛ dedit illud signū populo iudeoꝝ factus homo hodie rece pit illud signū vt captiuos liberaret ab illo signo. Ecce ratio quare xps voluit hodie recipe circūcisionē: in qua ostēdit suā infinitam benignitatem. Ideo dicit prima clausula: Apparuit benignitas. De qua benignitate dicit beat⁹ Lucas. Ipse benignus est super ingratos ꝛ ma los. Luce. vj. Ingrati⁹ mali sunt iudei q̄ nolucrunt dñm suum recipere: qui maxi mam benignitatem ostendit volens se subyci legi ad quā nō obligabatur: sed

vt nos liberaret ꝛ filios nos adoptaret Hanc rationē tangit apls dicens. Atvbi venit plenitudo temporis: misit deus fi lium suū factū ex muliere: factū sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret. i. li beraret: vt adoptionē filioꝝ dei recipere mus. Ad gal. iiij. patet per predicta ra tio. Notavenit plenitudo tēporis. Dñs deus ōmibus rebus mūdi huius dedit certū tempus ꝛ certā durationē. Salo mon. Omnia tempus habent. f. determi natum ꝛ limitatū: ꝛ suis spaciis trāseunt vniuersa sub celo. Eccles. iij. Circūcisiōi dedit deus certū tēpus determinatū ꝛ li mitatū ꝛ principiū ꝛ finē: ꝛ debuit dura re quasi ꝑ duo milia annoꝝ principium eius fuit in patriarcha abrahā. Finis ei⁹ in dño nostro iesu xpo. Inter istos duos terminos durare debuit pactū circūci sionis. Autoritas. Dixit de⁹ abrae. Ego sum dñs deus omnipotens. Ambula co ram me: esto perfectus: ponamq̄ fedus meū inter me ꝛ te. Infra hoc est pactum meū q̄ obseruabitis inter me ꝛ vos: et semen tuū post te. Circūcidetur ex vobis omne masculinū. Gen. xvij. Complemen tum ergo ꝛ plenitudo temporis denotat hic. Hic potes cogitare: videre quāta est cecitas iudeorum quos deus liberauit ꝛ liberos fecit ꝛ ipsi volunt esse captiui. Moral⁹. modo nullus vestrū obligatur ad istā circūcisionem materialem: quia finita ꝛ terminata est in xpo. Sed obliga mur ad circūcisionem moralē siue spiri tualem. Sicut em̄ tunc circūcidebat⁹ su perfluum illius partis ꝛ remanebat illō quod erat necessarium: ita moraliter est nūc faciendū. Circūcidere oportet super fluum in illis partibus gladio discretio nis. Illi qui non sunt de matrimonio nō curent de illo actu: nec cogitādo: nec lo quendo: nec operando aliquo modo: im mo occasiones: oportunitates: ꝛ corru ptiones vitare debent. Sed vir cū vxore hoc quod est necessarium ꝑ cōseruatio ne humane nature sine peccato cōmitte re potest: seruādo modum debitū oibus supfluis circūcisis. Dec circūcisio est no bis necessaria ad saluationē. Ideo xps. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt ꝓpter regnū celoꝝ. Qui potest cape ca piat. Matth. xix. Talibus dicit apls. In christo iesu circūcisi estis circūcisione nō manu facta in expoliatione corporis car nis: sed in circūcisione xpi. f. spirituali ꝛc. Ad coll. ij. Nota expedies q̄ sicut queli bet persona tenet ad istā circūcisionem moralē: ita ꝛ quelibet cōitas dz circūci dere publicas putanas seu meretrices q̄ stant per vicos ciuitatis. ꝛ expellere eas de cōitate: ꝛ solū retinere inpanaria ad remediū. Scōm quod hodie fuit factuz. In ꝑsona infantis iesu christi fuit effu sio sanguinis preciosi. Et hoc ostēditur cū dicit. Apparuit humanitas. Vera hu manitas xpi apparuit in circūcisione in sanguinis effusione: sine qua non pote rat dari. Ideo legitur. Exo. iij. de sephō ra. Tulit ilico sephora petram acutissi mā ꝛ circūcidit preputiū filij sui dicens. Sponsus sanguinū tu mihi es ob circū cisionē. Videtur mihi q̄ xps in sua circū cisione tenuerit modū magni mercato ris veniētis ad feriā ꝑ emēdo preciosas merces quas non solui⁹: sed dat signum vel arram. Deinde tempore statuto solu it totū pciū. Ita fecit dñs noster iesus christus qui venit de celo in terrā i quā intrauit in die natiuitatis ad emendum preciosas margaritas. i. animas in feria huius mūdi dicēs mūdo. Da mihi alas: cetera tolle tibi. Gen. xiiij. Pretium em ptionis fuit totus sanguis xpi soluendū in dieveneris sancte in mēsa cambij: scz arboris sancte crucis ꝺm q̄ erat ordina tum. Sed hodie dedit signum vel arraz vt se tenerent pro eo. Ecce hec est secun da ratio quare christus voluit hodie re cipere circūcisionem in qua apparuit hu manitas. Sciebat xps esse aliquos here ticos futuros ex ignorantia dicētes q̄ nō assumpsit veram carnē humanā. sed corpus aereū vt angeli faciūt q̄s appa rent hoibus: hoc est erroneū ꝛ ꝰ articu lū fidei dicētis. Qui ꝓpter nos homines. ꝛ ꝓpter nostrā salutē descendit de celis. Et incarnatus est de spūsancto ex maria virgine: ꝛ homo factus est. Athanasius ꝑfect⁹ deus ꝑfectus homo ex aia rō nali ꝛ humana carne subsistens. Et fuit cōplera ꝓphetia dauid ō ista hūanitate dicens. Homo natus est in ea. scz virgi ne maria: ꝛ ipse fundauit eā altissimus. Cōstructio incipit hic. Ipse altissim⁹ fun dauit eā. Fundamentū redēptionis hu mane aliud nemo pōt ponere ꝓter id q̄

positū est. j. Cor. iij. In hoc fundamēto passionis deus fundauit hodie virgineꝫ mariā. Et ecce modū quē q circuncisio que debatur antiquitus erat figura passionis xpi. et decem circūstantijs que ibi obseruabātur: que etiā seruate fuerunt in circūcisiōe iesu xpi. Virgo maria optime intelligebat: q̄ sm q dicit Origenes Oēs pphetias intelligebat mirabiliter. Prima circūstantia que etiā iurta circūcisionē est: quōd ioseph hodie dirit virgini marie. Est voluntas dei q filius vester accipiat circuncisionē: q̄ hodie sunt octo dies a sua natiuitate: hodie ergo debet dari. Respondit virgo maria q erat volūtas dei. Tunc ioseph recessit a christo ⁊ a virgine maria matre: ⁊ iuit ad rabinos ⁊c. Hoc figurabat q sic in passione vnus discipulus eius recedere: ab eo: ⁊ iret ad iudeos dicens. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eū tradaꝫ. Quod intelligens virgo plorabat. Secūda fuit quādo ioseph venit cū multitudine iudeoꝝ: quia sicut nos cōgregamur in baptismo pueri: ita tunc iudei in circūcisione. Hoc figurabat turbaꝫ magnā quevenit cum gladijs ⁊ fustibus ad accipiendū christū in nocte sue passionis. Tertia fuit quando virgo recepit filiū suū. Et ipo recepto de presepio presentauit ipsum rabinis. Hoc figurabat q sic in passiōe christus ꝑsentaret iudicib⁹. Anne ⁊ Cayphe. Pylato ⁊ herodi. ⁊ virgo plorabat cōtinue. Quarta fuit quādo imponebaꝫ sibi hoc nomen ieſus. Hoc figurabat sententiam passionis irreuocabiliter datā per quaꝫ saluū fecit populū suū a peccatis eoꝝ. Quinta fuit quando iudei eleuauerunt sibi vestes: quod figurabat nudationem xpi in passione iuxta crucem: quod intelligens virgo flebat vberrime. Et dicebāt sibi ioseph ⁊ rabini. bene videtur certe q citis iuuenis. Sexta fuit in circūcisione prepucij: tunc ex dolore infans iesus clamauit flendo: quod figurabat clamoreꝫ quez fecit in cruce in passione altavoce. Cogitat: fletū virginis marie. Septima q̄ virgo in panno de lino recipebat sanguinē circuncisionis: qō figurabat q sic in passione in pede crucis virgo maria in suo velo recip: ret sanguinē eius. Octaua q̄ imponebatur sibi vnguentum in vulnere circūcisiōis quod figurabat vnctionem sui corporis in sepulchro siue sepultura. Nona quando virgo cū ioseph posuerunt filium in presepio: quod figurabat q sic in passione corpus poneret in sepulchro per ioseph ab arimathia et Nicodemū. Decima quādo virgo plorabat sup presepe respiciendo filiū quod figurabat q sic in passione virgo faceret planctum super sepulchrū. Ecce quomodo altissimus fundauit eā. scz virginem mariā in fundamēto passionis. Ideo dicit. Fundamenta eius in montibus sanctis. ps. lxxvj. Nota in montib⁹ sanctis ꝓpter altitudinem contemplationis passionis christi in dictis circunstantijs. Ex his leo papa extrahit moralitatē dicēs. Agnosce o xpiane dignitatē tuā: ⁊ diuine consors factus nature noli inveterem vilitatem de genere conuersatione redire. Memento cuius capitis ⁊ cuius corporis membrū. Reminiscere: quia erutus de potestate tenebraruꝫ translatus es i lumen ⁊ regnū. Noli te iteruꝫ seruituti diaboli subijcere: q̄ ꝑcium tuū sanguis xpi est: qui veritate te iudicabit: q̄ misericordia te redemit. Ergo ergo ꝑcio nostre redēptionis est tam magnū ⁊ tantivaloris: caueamus ne vēdam⁹ nos diabolo modico ꝑcio supbie. Supbus vendit se diabolo modico vento superbie ⁊ vanitatis. Auarus devno denario. Luxuriosus modica delectatione. Solosus vno cibo vel vna tacea vini. Ad cognoscendū ergo ꝙta est culpa illius qui peccat mortaliter. Nota hic parabolā de mercatore q̄ emerat margaritam ꝑciosam: quam cōmisit vxori ad custodiēdum in panno involutam quam dedit pro folio lactuce. Quilibet nostrū reputat hāc mulierē fatuam fuisse. Sed vtinā nos nō simus in eadem fatuitate. Hinc mercator est xps. Lapis ꝑciosus seu margarita est anima nostra que plus valet q̄ aliquid corporale: que est empta ꝑcioso sanguine iesu christi. j. Pet. i. Non corruptibilib⁹ auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis. i. vendicionis: sed ꝑcioso sanguine quasi agni immaculati christi. Hanc margaritā panno carnis involutaꝫ xps cōmisit mihi et tibi ⁊ illi. Mulier transiens portans lactucas vel huiusmodi est tentatio. calor estatis est ardens desiderium illius rei

pro qua peccas mortaliter: tunc tradis diabolo margaritā pro tribus lactucis: scz cogitatione: locutione: et operatiōe. Ideo caueatis. Alias dicit dauid. Frater nō redimit: q̄ nullus pur⁹ homo poterat redimere. Dicit sctūs Tho. iij. parte. q. j. arti. ij. ad. ij. q̄ nulla pura creatura potuit satisfacere pro natura humana. Item. iij. scrip. dist. xiij. ad nonū. Sed satisfactio pro tota natura humana debuit fieri per mortē xpi: q̄ debuit eē vniuersalis ⁊ exemplar cuiuslibet alterius: vt dicit sanctus Tho. iij. dist. ij. ad. vij. c. iij. ⁊ in de veritate. q. xxix. ad. vij. Un dauid subdit. Redimet homo scz deus ⁊ nō dabit deo placationem anime sue. Et sequitur pena. Laborauit ineternū ⁊ viuet adhuc in finē: q̄ eternaliter erit in pena: ergo auisemur ne peccemus mortaliter. Tertium quod hodie fuit factū in persona infantis iesu xpi fuit donatio nomis virtuosi: cum dī saluatoris: sicut nos modo imponimus nomē in baptismo. Hoc nomen iesus est virtuosum: q̄ omnes virtutes quas deus posuit in herbis: lapidib⁹: verbis: planetis: stellis: cōstellationibus: oēs sunt ⁊ ptinētur in hoc benedicto nomine iesus: quod fuit hodie datuꝫ xpo. Lu. ij. Postēꝫ consummati sunt dies octo vt circūcideretur puer: vocatum est nomen eius iesus. Circa hoc nota q̄hoc nomen iesus conuenienter xpo impositus est in sua circuncisione: vt dicit sanctus Thomas. iij. parte. q. xxvij. arti. ij. quia nomina debēt proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generū ⁊ specierū: quia vt dicitur. iij. Metaphisice. Ratio quam significat nomen est diffinitio que designat proprietatē rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius cui nomen imponit. vel a tempore vel a cognatiōe: vel etiam ab euentu vel ex aliqua qualitate. Horum omniū exempla doctor sctūs vbi supra in corpore articuli ponit. Sed nota q̄ne imponuntur aliquibus diuinitus semp signant aliquod gratuitū datum ei⁹ diuinitus datum. sicut Genes. xvij. dicitur de abrac. Appellaberis abrahā: quia patrez multarū gentium constituit te. Et mat. xvj. dictum est petro. Tu es petr⁹ et sup hāc petram edificabo ecclesiam meam. Quia igitur xpo hoc munꝰ gre collatuꝫ erat vt per ipsum oēs saluarentur: ideo conueniēter vocatum est nomen eius ie sus id est saluator angelo hoc nomē pronūciante non solū matri: sed etiā ioseph qui erat futurus nutricius. Item sanctꝰ Tho. vbi supra in sol. ad. ij. dicit q̄ hoc nomen iesus est nomē proprium christo: inquātum significat spirituale ⁊ vniuersalem salutem non autem vt particularem ⁊ temporalem. Si enim his qui fuerunt ante christum potuit cōuenire hoc nomē iesus ⁊ pluribus ante christuꝫ fuit in veteri testamēto impositum: vt patet etiaꝫ ex genealogia christi: vbi dicit qui fuit her. qui fuit iesu. q̄ fuit heliezer. Luce. iij. Item hoc nomē iesus significat humanam naturam: sed christus naturam diuinam ⁊ humanā: vt dicit sanctꝰ Tho. iij. parte. q. xvj. arti. v. in corpore articuli vbi dicit q̄ in hoc nomine christus itelligitur ⁊ diuinitas vnigeni: ⁊ humanitas vncta. Et in. iij. scrip. disti. x. ⁊. xj. contra gentiles. iij. ca. xxiij. Hic nota pulchraꝫ speculationem. Uidetur mihi q̄ spiritus sanctus tenuerit erga christū modū quē tenēt doctores vel scriptores erga libū. ⁊ libro composito imponūt sibi nomē vl titulū de litera rubea iuxta materiam de q̄ tractat liber vt de aia: vel de celo ⁊ mūdo: ⁊ sic de aliis. Sic etiam spiritussctūs composuit ⁊ scribit libruꝫ scilicet corpus christi ipsum formando ⁊ organizādo: et animā cum potentijs creādo in quo scripsit omnes virtutes theologales morales ⁊c. Ideo dicebat deus pater spiritui sancto. Sume tibi librum grandez ⁊ scribe in eo stilo hominis. Esaie. viij. Magnus liber fuit christus: quia existens in terra tangebat celum ⁊ non habebat titulum: sed hodie cum vermillone de illo comu spiritussanctus ipsum intitulauit nomine iesus. Nec habet aliud propriuꝫ nomen nisi istud. Ideo quādo hoc nomē iesus nominatur in ecclesia oēs christiani debēt inclinari: q̄ idē est quod saluator. Ideo dicit angelus ioseph. Uocabis nomen eius iesus. Ipse em saluuꝫ faciet populum suuꝫ a peccatis eoꝝ. Matth. i. populus eius sunt credentes in eū et sibi obedientes. Nota quomodo nomē iesus representat nobis modum nostre salutionis tripliciter.

Primo interpretatione
Secundo pronũciatione
Tertio representatione.

¶Primo nõ iesus interpatur saluator. Secũdo in hoc nole Jesus sunt due sylabe. Prima est ie in qua sunt due litere scz i z e. Hec prima syllaba significat humanitatẽ: que cõsistit in duabus substãtijs scz corporis z anime. Non em̃ aia rationalis est hõ: sed hõ est aliquid cõpositum ex aia z corpore. vt dicit sctus Thomas pma. q. lxxv. arti. iiij. Unde z Aug. xix. de ciui. dei cõmendat Ciceronez qui hominẽ nec animã solaz nec solũ corpus sed animã simul z corpus esse arbitrabatur. Similiter nec anima est humanitas quia vt doctoris sancti pbabilior est sententia. In rebus materialibus forma totius sicuti humanitas distinguitur realiter: saltez partialiter a forma partis: vt ab aia rationabili. Sic igit humanitas xpi in duabus cõsistit substantijs saltem scz corporis z aie. Hanc distinctionẽ btus Tho. ponit. iiij. dist. xliij. q. j. arti. j. Idez in quodlibetis quodli. v. q. v. Hec litera J significat animaz. z litera E significat corpus. Scda syllaba est sus. Hec significat vnitatẽ xpi pter accentũ altum. Et habet tres literas significantes triplicez honorez qui christo debetur sm̃ quod dicit apl'us. Deus dedit illi nomen quod ẽ super omne nomẽ vt in nomine iesu omne genu flectatur celestiũ terrestriũ z infernorum. Ad phillip. ij. Tertio representatione. quilibet vult habere tabulã z imaginem crucifixi. Dico q̃ hoc nomẽ iesus si subtiliter cõtempletur representat ei crucifixionem xpi: in qua fuit nostra salus si ue saluatio. Primo hec litera h significat crucifixum: qz dicit prisicia. q̃ h nõ est litera. sed aspirationis nota. ideo significat xpm in cruce existentẽ: qz tunc nõ fuit litera legibilis: qz vix cognoscebaꝫ. Uidimus cum: nõ erat aspectus. Esa. liij. Sz fuit aspirationis nota: quando clamans voce magna expirauit. Secũdo in hac litera h sunt tres lineationes scilicet linea recta q̃ significat animã xpi rectissimam. Secũda est linea retorta q̃ significat corpus xpi passibile z retortũ in cruce. Tertia linea ẽ titel' desup que significat deitatẽ que est super omia. Litera J significat latronẽ bonũ ad dextrã crucifixi crucifixũ duplici rõne: qz sicut est partus literarã: sic latro parumlum se reputabat: z humilem quando cognoscẽs suos defectus dixit alteri latroni. Nos q̃dẽ iuste digna factis recipimus: hic aũt nihil mali gessit. Luce. xxiij. Scda ratio: qz sicut hec litera J est recta: sic latro fuit rect' quãdo dixit xpo. Dñe memento mei dũ veneris in regnum tuum. Hec litera S significat latronẽ a sinistris xpi crucifixum. Ratio qz sicut hec litera S est retorta: sic ille latro fuit tortuosus z blasphemus quãdo dicebat xpo: si tu es xps saluũ fac teipm̃ z nos. Luce. xxiij. Duo puncta que stant in hoc nomine iesus: significãt virginem mariã z ioannẽ euangelistã: quoz9 vitas stabat in puncto ꝓpter dolorẽ passionis xpi. Jdeo hoc nomen iesus est veneranda z sperandũ est in eo. Dauid. Beatus vir cuius est nomẽ dñi spes eius: z nõ respexit i vanitates z insanias falsas. ps. xxxix. Jdeo beatus petrus posteꝝ in nomine iesu curauit vnũ contractũ dixit. Nõ est aliud nomen sub celo datum hoibus in quo oporteat nos saluos fieri. Act. iiij. Nota saluos fieri nõ solũ in aia: sed etiã in sanitate corporali intelligit. Die moraliter ꝙtra illos qui recurrũt ad diuinos sortilegos: cõiuratores z hmõi. Jdeo dauid. Si obliti fuimus nomen dei nostri: z si expãdimus manꝰ nostras ad deũ alienum. Nõne deus requiret ista: scz ad puniendum z vindicãdum. Ipse em̃ nouit abscõdita cordis. ps. xliij. Deo gratias.

¶In vigilia epyphanie dñi. Ser. vnicus.

HEredes sumus secundũ spem vite eterne: ad Titũ. iij. z in epla. In presenti sermone volo vobis declarare quot modis homo pẽ habere hereditarẽ paradisi. Sed vt materia sit deo acceptabilis z gratiosa: nobis vtilis z proficua: salutetur virgo gloriosa. Heredes sumus ꝛc. In sentẽtia effectus huius verbi est q̃ habeam' spem firmã q̃ erimus heredes vite eterne. Jnuenitur clare in sacra scriptura q̃ ad istã spem habendi hereditatem vite eterne: que est maioz spes quã homo potest habere gradatim deus dixit hominẽ. Uerbi gratia. Post peccatũ ade homines habuerunt spem vite inferni: nõ dico spem mortis inferni: qz tunc in inferno erat vita z mors. Quia boni z scti in limbo sanctoꝝ patrũ existentes habebãt spem vite eterne: z nõ habebãt penã sensus: sed erant in tenebris: qz nõ habebãt presentiã dei: z ille locus erat vita inferni. De isto loco dixit Jacob patriarcha. Descẽdam ad filiũ meũ lugens in infernũ. Ge. xxxvij. Ergo iacob iã intelligebat q̃ filius erat in inferno. Ecce spez antiquo rũ tpe legis veteris. Jdeo dicebat sctus Iob. In pfundissimum infernũ descẽdet aia mea. Job. xvij. Nõ loquebaꝫ de inferno dãnatorum: sed de limbo patrũ sctoꝝ qui dr pfundissimus respectu celi z elemẽtorũ. Deinde deus mutauit spem hominũ qñ dedit legẽ scripture: qz tũc dedit eis spem vite eterne ꝓ hereditate. Quia lex moysi nõ ꝓmittebat setis perfonis z deuotis nisi bona terrena z tẽporalia huius mundi. Leuitici. xxvj. Si in preceptis meis ambulaueritis: dabo vobis pluuias tempotibus suis: z terra germinet germẽ suũ z pomis arbores replebunt. Jbidem: Dabo pacẽ in finib' vris dormietis z nõ erit qui exterreat. ibidẽ. Comedetis panẽ vestrũ in saturitate ꝛc. Unde ibi totum capitulum z multũ pulchrum. ideo dicebat Esaias populo isrl in psona dei. Si volueritis z audieritis me: bona terre comedetis. Esa. j. de hoc sctus Tho. j. ij. q. xcix. arti. vj. plene determinat z rationẽ dicti assignat. Deide venit filiꝰ dei in carne humana: z dedit legẽ gratie z eleuauit spem hominũ in altũ scz hereditatis vite eterne. Quia modo boni qui tenent sanctam vitã z iustã lam nõ expectant vitã infernalẽ nec tpalem: sed expectãt vitã eternam. Exaltari oportet filiũ hois vt oĩs q̃ credit i ipo nõ pereat: sed habeat vitã eternam. Jo. iij. Propter hoc dicit thema ꝓpositũ heredes sumus sm̃ spem scz legis gratie vite eterne: patet thema. Pro dictorum intelligentia nota q̃ lex diuina distinguit in veterem z nouã: nõ sicut in species oino diuersas: sed sicut in impfectũ z pfectum in eadem specie: vt dicit sctus thomas prima secunde. q. xci. ar. v. z. q. xvij. arti. j. Lex vetus erat bona: qz reprimebat concupiscentias z consonabat rationi. fz erat impfecta: vt dicit sanctꝰ Thomas prima secũde. q. xcviij. art. j. nec cõferebat gratiam: quia hoc xpo reseruatũ fuit a deo z assimilatur puero vt imperfecta: sed lex noua viro assimilatur vt pfecta: vt dicit sanctus Thomas pma. ij. q. xci. ar. v. z. q. xcix. arti. vj. Et lex noua principaliter ꝓmittit spiritualia: z ordinat actus etiã interiores: z est lex amoris: ideo est pfectior lege veteri q̃ habet oppositã: vt dicit sctus Tho. j. ij. q. xci. arti. v. z. q. xcix. art. vj. Jnuenio q̃ quatuor conditiones personarum possunt habere spem certam hereditatis vite eterne sm̃ q̃ in hoc mundo aliqui consequũtur hereditatem.

Primo filij z filie legitime generati.
Scõo parentes sanguine propinqui.
Tertio amici cordialiter amati.

Quarto paupes ab oib' bonis sepati.

¶Et non inuenio plures: ergo heredes sumus ꝛc. Dico ꝓio q̃ in hoc mũdo consequunt hereditatẽ filij vl filie legitime generati. Hoc est clarũ z sm̃ rationẽ naturalẽ z iura imperialia z pontificalia et etiam theologicalia. Legit ad Hal. iiij. de quodã puero de quo erat magna qõ. an debebat habere hereditatez pris: an non. Quidã dicebant q̃ sic. quidã q̃ nõ Questio venit ad apostolũ paulum legistam z canonistã z compromiserũt in eũ. Qui nõ curauit de aliquo alio nisi scire an ille puer erat legitim'. Quo scito statim' dedit sententiã dicens. Itaq; iam nõ est seruus sed filiꝰ. q̃ si filius z heres per deũ ad Hal. iiij. Modo videamus q̃ sunt filij legitimi dñi nostri iesu xpi. Dico q̃ solum pueri nouiter baptizati. qz iã nos fuerimus eius filij: tamẽ ex peccatis nostris facti sumus eius inimici. filij legitimi sunt quando sunt geniti de viro z vxore legitima. Hoc modo xpus sponsus de ecclia vxore sua z sponsa legitima generat filios z filias in baptismo. Jo. primo. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri his q̃ credũt in nomine eius: qui nõ ex sanguinibus. i. femininibus patris z matris: neq; ex voluntate carnis. i. mulieris: neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. ecce qui sunt filij dei legitimi. Ergo certuz est q̃ erunt heredes vite eterne si decedant anteq; peccent mortaliter. Filij legitimi absq; questione z contradictione intrãt domum patris quasi dicerent illud apostoli. Spiritussanctus testimo-

nium reddit spiritui nostro q̄ sumus filij dei. Si autez filij: r heredes. heredes quidā dei: coheredes aūt xpi. ad Roma. viij. Pro dictorum pleniori intelligentia vide. q. lxix. iij. partis Thome doctoris: s. in qua ponit varios baptismi effectus scz spiritualem regenerationez. vt patet arti. viij. in corpore articuli. Incorporatione etiā pro effectu baptismi sctūs thomas assignat r illuminatione simul r fecundatione. vt patet vbi. ē. ar. v. De quibus etiā effectib⁹ notabiliter. in. iij. dist. iij. q. ij. determinat. Quare isti pueri dicuntur filij christi legitimi. nunqd habet filios illegitimos seu bastardos. Dico q̄ sic. deus habet vnā ancillā seu captiuaz scz carnē siue naturaz ex qua generat filios spurios seu bastardos. scz oēs ifideles qui veniunt p generationē seu naturalem siue carnalē. Ideo isti non consequūtur hereditatē vite eterne. Auctoritas. Abraam duos filios habuit: vnum de ancilla: alium de libera. Qui autē de ancilla sm carnem nat⁹ est: sed qui de libera per repromissionem. Hec autez per allegoriā dicta sunt. ad Gal. iij. Et loq̄tur de christo cū dicit. hec p allegoriā dicta sunt. Dñs noster iesus xps hz duos filios. Unū de libera scz ecclia sponsa et vxore sua ex qua genuit populū xpianū. Aliuz de ancilla siue de captiua natura vel carne scz populo infideli. Sed q̄d dicit scriptura. Ejce ancillā r filium eius. non erit heres filius ancille. ad Gal. iij. Ratio q: nō est filius legitimus: q: quod natū est ex carne: id est generatione carnali caro est. ideo nō potest celum intrare: sed q̄ natū est ex spiritu id est p generationē spiritualem spūs est. ideo Amen amen dico vobis nisi quis renat⁹ fuerit: ex aqua r spiritusancto nō pōt ītroire in regnū dei. Joan. iij. Sed deus tenet modum boni patris. bonus pr filijs bonis r legitimis dat hereditatē: malis autez filijs r inobedientib⁹ nihil dat: imo ipsos flagellat filijs autē illegitimis r bastardis nō dat hereditatē scz dimittit eis certum quid pro vita. Recte ita facit christ⁹ qui filijs legitimis bonis r obediētibus dat hereditatem paradisi: malis autē filijs r inobediētibus sicut sunt infideles dat penam inferni vbi flagellant. bastardis autem scz pueris illegitimis sine baptismo solū cū originali peccato decedentibus datvitā in limbo. Ideo de filijs bonis r legitimis dicit propheta dauid. cū dederit dilectis suis somnū ecce hereditas domini filij merces fructus ventris. ps. cxxvj. Ecce notat imediationez: hereditas domini que est merces filij legitimi: quia est fructus ventris ecclesie supple: sponse christi. Ecce prima conditio. Secundo dico q̄ in hoc mūdo consequūtur hereditatē parentes ex sanguine cōiuncti. sicut sunt germani parentes nepotes r huiusmodi. Hoc patet ad practicā. Et ita volunt iura tam diuina q̄ humana. Nomne. xxvij. Homo cū mortuus fuerit absz filio: ad filiū eius trāsibit hereditas. Si filiam non habuerit: habebit successores fratres suos. Qō r si fratres nō fuerint: dabitis hereditatē fratribus patris eius. Sinautem nec patruos habuerit dabit hereditas his qui proximi sunt ꝛc. Modo videndum est qui sint parentes xpi sanguine propinqui. Dico q̄ sancti martyres: qui pro fide christi vel iusticia vel veritate vel virtute quacūq; mortui sunt: q: tunc p martyriū quod recipiebāt in memoriā passionis christi miscebant. Legitur Apo. vij. q̄ deus ostendit beato ioāni gloriā suaz: in qua videt christū sedentem super thronū r et multi sancti stabant coram eo in albis cum palmis in manibus suis in signū victorie et fuit dictū ioanni. Hi qui sunt amicti hiis albis qui sunt r vnde venerūt. Dicit ioānes. Domie tu scis. Nescivit respōdere. Cui xps. Hi sunt qui venerūt ex magna tribulatione r lauerūt stolas suas id est virtutes: r dealbauerūt eas in sanguine agni. Et nūquid in sanguine ppio. Dico q̄ non: quia sanguis ppius nullā habet virtutē vel efficaciā: nisi misceat cum sanguine agni per fidē r memoriā passionis xpi. Nota qui venerūt ex magna tribulatione. Quatuor tribulationes sunt in hoc mundo r quarta que est maior dicit martyrē. Prima est malorū verborum quando bonis r denotis personis dicit. Uos estis hypocrita fict⁹: falsus r huiusmodi. Magna tribulatio est huiusmodi. licet respectu aliarū sit modica quia verba nō sunt nisi ventus r statim trāseunt et est magnū meritū q̄n sustinentur patienter. De quibus dicit dauid. Uehemēter ba iniquorū id est malax psonax preualuerunt sup nos. Sed quid meremur ex hoc ostendit ibi. Et impietatib⁹ nostris tu ppitiaberis. ps. lxxix. Secūda tribulatio est q̄n nō solū ꝺbo: sed ēt facto furantur bona r officiū ꝛc. etiā parua est: quia bona huius mūdi sunt etiā amittēda ꝛc. sed meritū est magnū. Nota exemplū de heremita cui quidā bonus homo portabat quotidie panem amore dei. Et q̄daz iuuenis heremita furabat medietatem. Quod sciens sanctus heremita patiēter sustinuit: licet ex defectu panis efficeret macer r impotēs. Et quādo debuit mori ꝛgregati sunt ad eū omnes heremite. Quividens illū qui furabat sibi panem vocauit eū r osculabat sibi manꝰ dicēs. O benedicte manus que tm meritū acq̄ siuerunt: de quo alij mirātes qui sciebāt illū esse indeuotū satis ꝛc. Ideo aplʒ Rapinam bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis cognoscentes vos habere melioꝛē r manētem substantiam scilz in celo ad Hebr. x. Tertia tribulatio est vulnerum. Ista est modica respectu meriti magni r premij: tm tantū q̄ dicit apostolus. Si q̄d patimini ppter iustitiā beati. prime Petri. iij. De hoc sanctus Tho. prima. ij. q. xciij. ar. iij. Quarta tribulatio est mors r hec est maior: q: oīm terribiliū terribilissimū est mors vt dicit phs. De ista dicit christus. Hi sunt quivenerunt ex magna tribulatiōe r lauerūt stolas suas in sanguine agni. Apocal. vij. Quia prima tribulatio secunda r tertia licet sint magni meriti si patienter suscipiūtur: tm nō faciunt hoiem martyrē: sed quarta facit hoiem martyrez: r q̄n moriuntur statim consequuntur hereditatem vite eterne. Autoritas. r est verbū christi ad patrem dicentis. Quoniā tu deus meus exaudisti orationem meā: dedisti hereditatē timentibus nomen tuum. psalmo. lx. Nota exaudisti orationē meam. s. illam quā christus fecit in nocte sue passionis quā do orauit dicens. Pater omnia tibi possibilia sunt trāsfer calicē hūc a me. Marci xiij. Quam orationem exponens hylarius dicit. Non dicit q̄ non veniat calix passionis: sed orat vt transeat ab eo martyres. Quoniā ex ista oratione christus dedit fortitudinem r virtutē hominibus r mulieribus: etiam pueris r puellis sustinendi: martyrium pro ipso. Item dedit hereditatē timentibus: scilicet timore filiali: q: potius voluerunt mori q̄ aliquid facere contra deum. Jurta consilium christi dicentis. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animā autem non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest animam r corpus perdere in gehennam. Mat. x. Dico tertio q̄ in hoc mundo consequunt hereditatem amici cordialiter amati. Sunt multi qui nō habent filios. nec parentes: sed habent bonos amicos quibus dimittūt hereditatē quando moriunt. Modo videamus qui sunt amici chari et cordiales xpi. Illi de quib⁹ dicit ipsemet. Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis. Joā. xv. Ergo obedientia facit hominem esse amicum dei per oppositum inobedientia et peccatum facit esse inimicum suū. Obedientes vero tanq̄ amici charissimi christi consequūtur hereditatem vite eterne: quos ipsemet christus inuitat dicens. Transite ad me oēs qui concupiscitis me. Eccli. xxiiij. Nota cū dicit trāsite. in quo innuitur q̄ ipse est invna parte r nos in alia. Fluuius terribilis est mors quam oportet transire. et hz duas ripas. Una est vita eterna in qua est christus. Alia est vita temporalis in qua nos sumus r xps vocat nos dicēs, transite ad me. dñe r per quem pontem transibimus: non possumus transire per aliū pontē vite eterne: nisi per pontez obediētie r precepta dei. Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Hic pons habet decē arcus. Primus est ofidentia dei vt in omnibus necessitatibus nostris recurramus ad deū r nō ad demones: sed ad deū. Nō habebis deos alienos coraz me. Exo. xx. Secūs est reuerētia vocalis: vt q̄n homo loq̄tur de deo loq̄tur cū reuerētia sicut homo loquit cū ꝓnis honorabilib⁹ reuerētialr. Non assumes nomen dñi dei tui in vanū. Exod. xx. Tertiꝰ est reuerētia realis de modico fuitio q̄n vult de nobis vt seruem⁹ festa diligēter. als ꝛc. Memēto vt diē sabbati sanctifices. Exo. xx. Quartꝰ est obseruātia parētalis honorare patrē r matrē corde: ore: r ope: inuando r seruiēdo eis de oibus. Honora patrē tuū r matrē tuā. Exo. xx. Quintus est ꝑcordia fraternalis nō re-

cipercvindicta: sed remittere iniurias p̄pter deum ⁊ facere pacē. Non occides. Exo. xx. Sextus est mūdicia psonalis cauendo a luto luxurie ⁊ immūdicie. Non mechaberis. Septimus amicicia primalis: nō furari nec primū in aliquo damnificare. Nō furtū facies. Exo. xx. Octauus prudentia vocalis: neminē diffamādo. nec verbis iniuriosis seu duris afficiendo. Non falsum testimonium dices. Nonus mundicia cordialis: non concupiscere agrum: vineā: hortū ⁊ huiusmodi: nec bona proximi Nō ꝯcupisces rē p̄ximi tui. Exo. xx. Decimus mūdicia mētalis: non concupiscere vxorem proximi. Non concupisces vxorē primi tui. Exo. xx. Ecce quare dicit christus. Transite ad me. Nota concupiscitis me. i. diligitis: qr obediētia nō potest bñ seruari sine dilectione et a generationib⁹ meis. i. virtutibus quas deus generat in aīa denota implemini. Spiritus eīn meus sup mel dulcis: hic tangit gloriā anime. Et hereditas mea sup mel ⁊ fauū. hic tangit gloriam corporis. Sicut eīn in fauo mellis mel est incorporatū cere: sic in iudicio gloria aie redūdabit in corp⁹. Dixi quarto q̄ in hoc mūdo ꝑsequūtur hereditatē paupes ab oībus bonis separati: vt sunt pauperes virgines: religiosi et huiusmodi: paupes sunt peccatores penitentes qui fecerunt plura peccata. in quorū p̄sona dicit dauid. Cito anticipēt nos misericordie tue: qr pauperes facti sumus nimis. Argumentū. Diceret hic aliqs quare penitētes dicunt pauperes qr qñ erant in peccatis tunc erant pauperes. Sed penitētes qui habēt thesaurū gr̄e. s. septē dona spiritus sancti ⁊ alias virtutes qūo sunt pauperes. Dico q̄ penitentes sunt pauperes. Uerbi gratia. si aliquis vestrum hz̄ decē milia florenoꝝ diues est: sed si obligaret i centū milib⁹ non diceret diues: hz̄ habeat decē milia: certe nō: imo diceret paup ꝑpter tā magnā obligationē imo diceret talis nihil hz̄: paup est. Idē est de penitente. penitens q̄ hz̄ grām dei ⁊ septē dona spūssancti: virtutes theologicales ⁊ morales dines est. Sed ꝑpter obligationē pauper est. Et primo deo patri obligat̄ er p̄cis que fecit ex fragilitate: qr deo patri attribuitur potentia. Et qui peccat p fragilitatē peccat cōtra deū patrem ergo obligat̄ sibi: quia ipsum offendit. Soluitur aūt ista obligatio p̄ aspera duram ⁊ magnā penitētiam. Scōo penitens obligat̄ filio dei: cui attribuitur sapientia. ex peccatis que cōmisit p ignorātiā vel stultitiam ignorās qō tenebaṫ scire. Soluit aūt ista obligatio audiendo sapientiam diuinā: missas sermones: bonas lectiōes Tertio obligatur penitens spiritui sancto: cui attribuitur bonitas: ex peccatis que cōmisit p malicia ⁊ iniquitatē. Soluit aūt ista obligatio p bonitatē faciendo bona opera misericordie tā corporalia ꝙ spiritualia. Pro dictorum euidentia nota q̄ essentialia attributa trib⁹ p sonis diuinis cōia conuenienter appropriantur ⁊ attribuuntur diuinis p̄sonis vt dicit sanct⁹ Tho. p̄ia parte. q. xxxix. arti. vij. ⁊. viij. quia conueniens est vt diuine persone nobis manifestent modo attributa essentialia sunt nobis magis nota ꝙ persone vel personalia vel notionalia: ⁊ appropriatio est manifestatio diuinaruz p̄sonaꝝ p attributa essentialia: ergo ꝓueniēter fit attributio siue appropriatio: ⁊ sic patri attribuit potētia: filio sapientia: spiritui sancto bonitas. Huius appropriationis rationem doctor ponit vbi. s. ar. vij. Idem dicit primo script. di. xxxi. q. j. ⁊. ij. Quarto obligat̄ homo rp̄o ex peccatis que commisit ex carnalitate quia rp̄us fecit luxuriā de sanguine suo. Soluit cuz disciplinis cilitio ieiuniꝭ ⁊c. Quinto obligat̄ virgini marie que est aduocatrix pctoꝝ q̄ ꝓtinue aduocat ⁊ multas spias in curia iustitie filij dei facit reuocare ex suis allegationib⁹. Soluitur p̄sentando sibi aue maria. Sexto penitens obligat̄ oībus sanctis paradisi ratio: qr ds offendit cōitatem oībus obligat ⁊ tenet ab oībus petere veniā ꝑpter offensam. Sic tota cōitas sanctoꝝ offenditur ex peccatis nostris: qr fetor ⁊ fum⁹ peccatoꝝ nostroꝝ ascēdit surſuz ad eos. Soluitur p̄ deuotam ⁊ sanctā p̄uersationē. Septio obligat̄ sanctis ăgelis custodib⁹ s. cut discipuli qui resistunt ⁊ ḋicunt magistro. Soluit orando ipsos et supplicando ⁊ dicēdo. Angele qui meus es custos pietate supua. Tu me guberna ne moriar morte eterna ⁊c. Octauo obligat̄ aīab⁹ purgatorij. s. aīab⁹ patris et matris ⁊c. quia ꝙdiu hō est in peccato mortali nō ꝓficiunt eis ofones quas facit homo p̄ eis. Quod dictū est sane intelligendū er pte opis opantis hz̄ q̄ operatio pctōis suffragia facientis considerat̄ vt est ei⁹ scilicet peccatoris. Sic eniz opatio peccatoris considerata nullo modo meritoria eē potest: nec sibi sez opanti: nec alij: vt dicit sanctus Tho. i. iij. d. xlv. q. ij. ar. j. q. iij. i corpore articuli. Qui querit vtrū suffragia p̄ peccatores facta mortuis prosint. Uerum dicit idem san. Tho. vbi. s. q̄ suffragia peccatoꝝ ꝓsunt mortuis ex ope operato sicut est sacrificiū altaris quia nostra sacramenta efficaciam habēt ex seipsis absq; opere operantis: quam equaliter explēt p quoscūq; fiant: ⁊ sic ꝑtū ad hoc. s. ipsuz op⁹ operatū suffragia per malos facta defunctꝭ ꝓsunt. Prosunt etiam ex opere operāte inquantū pctōr suffragia faciens gerit p̄sonā totius ecclie: sicut sacerdos dū dicit in ecclia exequias mortuoꝝ. Et qr ille intelligit facere cui⁹ nole vel vice fit: vt dicit Dionysi⁹. i. xiij. c. celestis hierarchie. inde est q̄ suffragia talis sacerdotis: q̄uis sit peccatoꝝ defunctis prosunt. Prosunt etiā suffragia p̄ pctōre facta ex opere operāte inquātū pctōr est: ⁊ agit vt instrumētū alteri⁹ vt ex alterius imperio agit. Uñ si aliqs in charitate decedēs p̄cipiat sibi suffragia fieri vel alius p̄cipiat charitatē habens: illa suffragia valent defunctis q̄uis illi p quos fiūt i peccatis existant. Magis tamē valerent si i charitate essent: qr tūc ex vtraq; parte illa opera meritoria essent. Hec sctūs thomas vbi supra in corpore arti. Nono obligatur vinis ex vsuris quas hō fecit de eis. Decimo obligat̄ primo si fuit sibi furatus famā. Soluit sibi famā restituendo. Ecce hic debita ⁊ obligationes penitentis. Cui dicit Joā. Dicis q̄ diues sum et locupletatus ⁊ nullius egeo: ⁊ nescis: qr tu es miser ⁊ miserabilis ⁊ pauper et cecus ⁊ nudus. Apoc. iij. His pauperibus dat deus hereditatē vite eterne si faciūt penitentiam. Mat. xviij. Oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum aūt nō haberet vnde redderet: iussit eum dominus eius venūdari ⁊ vxorē ei⁹ ⁊ filios ⁊ oia que habebat ⁊ reddi. Procidēs autem seruus ille rogabat eū dicens. Patientiā habe in me ⁊ oīa reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit illū ⁊ debitum dimisit ei. Per penitentiā ergo soluitur omne debitum pene: ⁊ consequitur hereditas paradisi. Nonne deus elegit paupes i hoc mundo: diuites autem in fide ⁊ heredes regni: quod repromisit deus diligentib⁹ se. Jacobi secundo.

¶In epiphania dñi. Sermo p̄mus.

Procidentes adorauerūt eū. Mat. ij. Festum hodiernū vulgariter dicitur epiphania seu apparitio qō idē est. Quia part⁹ virginis qui fuerat absconditus ⁊ secret⁹ hodie fuit gentibus manifestatus. Ideo ecclesiastici dicūt ⁊ vocant hoc festuz epiphania ab epy quod est supra ⁊ phanos qō est apparitio: quia stella desuper gentibus apparuit. Ut ergo deus velit nobis dare sentimentum dulcedinis hui⁹ festi in nostris animabus salutemus virginē mariā ⁊c. Procidentes adorauerunt eū. Uerbū ꝓpositum declarat nobis breuiter magnā ⁊ pfectā reuerētiā quā tres reges orientis fecerūt hodie dño ihesu xp̄o procidentes ⁊c. Non solū discooperuerūt capita: nec fuerūt contēti flectere genua brachia ⁊ manus imo totum corpus fleterunt. Et procidentes adorauerunt eum. Modo ad dandū nobis rōnem hui⁹ adorationis: qr rō dat scientiā: ⁊ auctoritas confirmat credentiam. Inuenio in sacra scriptura q̄ adverā deuotam et perfectā adorationem requirunt duo. s. reuerentialis affectus mētis interi⁹ et humilis gestus corporis exteri⁹. De primo quādo homo cogitat infinitam dei incōprehēsibilitatē maiestatē: ⁊ potētiā ei⁹ trāscendentē: venit timor reuerētialis interi⁹ i anima: et ex hoc sequitur humilitas exterius in corpe. s. iungēdo manus: flectēdo genua vel ꝓsternēdo se orando deuz In his enim duob⁹ ꝓsistit adoratio diuinalis. Pro intellectu hui⁹ rōnis sciēduz q̄ deus creauit hoiem in esse substantiali aliter ꝙ alie creature fūt create. Quia hō est ꝓpositus de subsiantiali ꝑtuz ad aīmā ⁊ materiali ꝑtū ad corpus. Non sic de angelis q̄ solū sunt subsiātie spūales: nec de animalibus q̄ sunt subsiātie

materiales ꝓpter qꝰ homo ē similis angelis ⁊ aialibus: qz hꝫ virtūꝫ. Iō deꝰ de vtroꝫ vult adorari. ſ. de ania. cogitando maieſtatē dei: ⁊ de corpore ꝓ geſtus hūi les: ſicut dñs qui agrū ⁊ vineam laboratori ꝓ certo cenſu quo ad vſum ꝑtinet qui de vtroꝫ vult habere cenſum: aliter recipiet ſibi totum ꝓmiſſuꝫ. Ita deus de nobis qui dedit nobis vineā. ſ. aiaz que inebriabit cor amore dei: ⁊ agruꝫ corporis vt faciat fructū penitētie ⁊ miſericordie. Ideo de vtroꝫ vult habere cenſum deuote adorationis. De angelis nō vult niſi adorationē ſpūalē. ſ. motus reuerentiales mentis. De aialibus ſolum vult geſtus corporis reuerētiales: ſicut fecerunt bos ⁊ aſinus qñ adorauerūt xp̄m in preſepio: quoniā ſolū flexerunt genua: ſz interius nihil cogitabāt. Sed de nobis vult deꝰ totū. ſ. motus reuerētiales mentis ⁊ geſtus corporales. Auctoritas chriſti dicētis. Venit hora ⁊ nūc eſt quādoue ri adoratores adorabūt patrem in ſpiritu et veritate. Nam ⁊ pater tales querit qui adorant eū. Spūs eſt deus ⁊ eos qui adorant eū in ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare Joā. iiij. Nota venit hora. ſ. tēpore legis gratie. quādo veri adoratores adorabūt ꝑfm in ſpū ⁊ tum ad aiaz et in veritate ⁊ tum ad corpus: qz tūc eſt veritas qñ corpus ꝓformatur ⁊ correſpōdet menti. Et aſſignat rōnem di. Spūs eſt deus: ⁊ ideo oportet ipſuꝫ adorare in ſpiritu ⁊ veritate. Dic miraculū qō legit Joan. ix. de cēco a natiuitate illuminato a xp̄o cui dixit xp̄s. Tu credis in filium dei. Reſpōdit ille ⁊ dixit. Quis eſt dñe vt credam in eū. Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eum: ⁊ q̄ loquitur tecū ipſe eſt. At ille ait Credo dñe. ⁊ procidēs adorauit eū. Ecce motus reuerētialis itus in aias: ⁊ geſtus corporalis exteri⁹ qz procidēs adorauit eum. Ita fecerūt iſti ſancti tres reges qñ viderunt eum. ſ. infantem ieſum ſubito in animas ipſorum intrauit motus timoris reuerētialis ex preſentia maieſtatis diuine. Ideo corpore procidētes adorauerunt eum. De his tribus regibus declarabo quatuor puncta.

Primum quē ſe parauerunt diligenter.

Scōm quō ambulauerunt fortiter.

Tertiū quō quieſcerunt firmiter

Quartum quō adorauerunt reuerēter.

Et de quarto puncto loquitur thema ꝓ cidentes adorauerūt eū. Primꝰ punctus eſt ad declarandum quō iſti tres ſancti reges ſe parauerunt apte. Ꝓ quo ſciendum q̄ ex quo deus ꝓmiſit abrae ⁊ ſanctis patriarchis q̄ mitteret filium ſuum in hūc mundū naſciturū de muliere ꝰgine verū deū ⁊ verū hoiez. De hoc deꝰ dedit ꝓphetias claras ⁊ ſignas: nō ſolū iudeis in iudea: ſed ēt in diuerſis mūdi ptibus: in ſignū q̄ nō ſolū veniret ad ſalnā dū iudeos vt ipſi falſe credūt: ſed etiam oēs ſibi credētes ⁊ obedientes. Singulariter dedit ꝓphetias in partibus orientalibꝰ vbi erāt magni ꝓphete ⁊ ſapientes ꝑ ꝓphetā balaā dicētē. Videbo cū ſz nō mō. intuebor illū ſed nō ꝓpe. Orietꝫ ſtella ex iacob ⁊ cōſurget virga de iſrael ⁊ ꝑcutiet duces moab. Nu. xxiiij. Nota videbo eū. ſ. xp̄m quē vidit non ꝑ ſe ſed per ſuos ſucceſſores intuebor illum ſz nō ꝓpe: qz fm tertum dicit a balaā vſq; ad chriſtum cōputanꝫ mille ⁊ quingenti anni. Sed iſti tres reges erant de ſuo genere ⁊ dedit ipis ſignū dicens. Orietꝫ ſtella ex iacob: id eſt de terra ꝓmiſſionis ⁊ conſurget virga de iſrael. i. rex meſſias ſaluator ⁊ ꝑcutiet duces moab qui interꝑtat ex patre. Et ſignificat diabolū qui eſt pater peccatorū: quib⁹ dixit chriſtus. Vos ex patre diabolo eſtis. Joan. viij. duces moab. i. diaboli ſeu luciferi. Et ſunt ſeptē principes qui ſunt capitanei ſeptem peccatorū capitalium. Primus dux ⁊ capitaneus ſuphie ꝺr leuiathan. Job. xli. Ipſe eſt rex ſup oēs filios ſuꝫbie. Secūs dux ⁊ capitaneus auaricie ꝺr māmona. de quo dixit xp̄s Matt. vi. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ māmone. Tertius dux ⁊ capitaneus luxurie dicitur aſmodeus: de quo Tob. vi. Demon noie aſmodeꝰ occidit cos. ſ. luxuriosos. Quartus dux in iudicie dicitur beelzebub. Luce. xi. in beelzebub principe demoniorū ejicit demonia. Verbū ſuit inuidoꝝ. iudeoꝝ contra xp̄m. Quintus dux gule dicitur beelphegor. hs. cv. Initiati ſunt beelphegor ⁊ comederūt ſacrificia mortuoꝝ. Sext⁹ dux ire dicit baalberith. Judicuꝫ. ix. De pha no baalberith condurit ſibi viros. Septimus dux accidie dicit aſtaroth. ſ. Regū. vij. Auferte deos alienos ō mediove ſtri baalim ⁊ aſtaroth ⁊ ꝓparate corda

veſtra domino. Hos ſeptē duces percuſſit dominus noſter Jeſus chriſtus virga ſue predicationis. De qua Dauid. Virgam virtutis tue emittet dominꝰ ex ſyon ⁊c. ꝑs. cix. Super hanc prophetiam Balaam dicit Chryſoſtomus q̄ eius diſcipuli et illi qui erant de genere eius poſt eius mortem voluerunt ſeruare illā ſtellam. Et ordinauerūt q̄ certi de ipſis ſtarent in monte victoriali alto ad meli⁹ contemplandum celum: vbi ſe lauabant credentes ex hoc remitti peccata: et orabāt dicentes. O deus celi deus iſrael: mitte illam ſtellam: ⁊ quando complebitur illa prophetia: et ſic per partes diuidebāt ſibi tepus. Et in nocte natiuitatis accidit diuina ordinatione q̄ iſti tres reges orientis magni philoſophi ⁊ aſtrologi fuerūt in monte victoriali obſeruātes dictā ſtellam. Et in hora qua chriſtꝰ exiuit de vtero ꝙgnis. ſtella apparuit eis clariſſima et baſſa in aere: nec claritas ſolis impediebat eius aſpectum. Et recitat Chryſoſtomus opinionem q̄ in illa ſtella erat forma pueri cum cruce in fronte. Dicūt aliqui q̄ magi voluerunt adorare ſtellā Sed dicit Aug. q̄ angelus dni dixit eis q̄ non adorarent ſtellā: ſed q̄ irent adorare creatorē nouiter natū. Tunc reges tenuerūt cōſiliū quomodo irēt: qualiter ſe prepararēt: ⁊ quid ſibi portarent ⁊ offerrent dicentes. Iſte rex magnus eſt et potens: offeramus ei aurum: ⁊ eſt deꝰ et creator: qz ſtelle ſibi ſeruiunt: ideo offeramus ei incēſum et i hoc ſigno crucis oſtēdatur qō debet pati in cruce: ideo offeramus ei myrrhā amarā. Eccliaſ. Magi videntes ſtellā dixerūt adinuicē. Hoc ſignū magni regis eſt. Eamus et inquiramus eū et offeramus ei munera: aurū: thus: ⁊ myrrhā. Credo ego licet non legatur q̄ rationabiliter ſancti reges in munerib⁹ ſignificabāt qō de xp̄o credebāt. Credo q̄ etiā in veſtib⁹: qz rex qui portabat aurum: voluit indui de panno aureo: et ille qui portabat thus: de purpura alba: et q̄ myrrham: ſcarlata rubea. Ecce quō parauerūt ſe apte tā in munerib⁹ q̄ in veſtibus. Moraliter inuenio in ſacra ſcriptura q̄ deus ꝓmiſit hominibus duas ſtellas. vnā in veteri lege. ſ. iſtam que apparuit regibus orietis que figurabat redemptionē humanalē. Secundā meliorem ꝓmiſerat in nouo teſtamento dicēs Qui vicerit ⁊ cuſtodierit vſq; in finē opera mea: dabo illi ſtellā matutinā. Apoc. ij. Hec figurabat ſaluationem celeſtialē: Nota qui vicerit: ſcz diabolū per humilitatem: carnē per caſtitatē: et mundū per paupertatē ⁊ cuſtodierit vſq; in finē opera mea: dabo illi ſtellam matutinam: id eſt angelum bonum perducētem animā vſq; ad chriſtum. Dic quomodo ā̃geli in ſacra ſcriptura dicuntur ſtelle. Ratio: qz ſicut celū firmamenti decorat et ornatur ſtellis: ſic celū empyreū decoratur et ornatur angelis ſanctis: ꝓpter qō dicūtur ſtelle. Auctoritas. Stelle dederūt lumē in cuſtodijs ſuis ⁊ letate ſunt: vocate ſūt et dixerūt. adſumus. et luxerunt ei cū iocunditate qui fecit illas ⁊c. Baruch. iij. Nota ſtelle: id eſt angeli: dederūt lumen in cuſtodijs ſuis: id eſt hominibus quos cuſtodiunt. Dauid. Angelis ſuis māduit de te: vt cuſtodiant te. Ipſi dant in intellectu quid ſit credendum: in memoria quid ſit timendū et retinendū: in voluntate quid ſit ſperandum: ⁊ in opere quid ſit faciendū. Et quādo homo recipit lumen inſtructionis eorū ipſi letantur. Et in fine quando homo eſt in articulo mortis: deus mittit ſtellā matutinā. i. angelum qui ducit animam ad Chriſtū ſicut illa ſtella duxit reges ad xp̄m. Fiat ergo ratio. Si hec ſtella hodierna corruptibilis: qz ſtatim conuerſa fuit in ꝓiacentē materiā: ita fuit obſeruata et deſiderata quāto magis nos debem⁹ expectare illam ſtellā incorruptibilem: lauando nos ab immūdicijs ⁊ ꝓcis. Primo lauando cor ab ira: odio: rancore: et mala voluntate: os a blaſphemijs: mendacijs et detractionibus: manus a furtis ⁊ vſuris: ⁊ ſic de alijs: et totū corpus a corruptionibus luxurie ⁊ carnalitatis. Nota ꝓ dicti precedentis euidentia q̄ illa ſtella que magis apparuit in natiuitate xp̄i non fuit vna celeſtiū ſtellarum quin tuplici ratione: quas ſanctus Thomas ponit. iij. parte. q. xxxvi. arti. vij. Et dicit ſanctus Tho. aliorū narratis opinionibus. De illi⁹ ſtelle quidditate: ꝓbabilius: videt q̄ fuerit ſtella de nouo creata: non in celo: ſed in aere vicino terre: q̄ fm dinam voluntatem mouebatur. Quod et Aug. ſentit: ſcz q̄ non fuerit de ſtellis ce-

lestibus: qr dicit in libro cōtra Faustum
Nō ex illis erat stellis que ab initio cres
te itinerum suoꝝ ordinē sub creatoris le
ge custodiunt: sed nouo virginis partu
nouū sydus apparuit. Itē sentit Chryso
stomus. Scōs pūctus est ad declarandū
quomodo isti tres reges sancti ambula
uerūt fortiter: qr de capite mūdi: scz orie
te venerūt intra tredecim dies vsqꝫ ad iu
deam que est in medio mūdi. Ad practi
cam: fm q̄ inuenio i textu r in glosis do
ctorum: ipsis preparatis statim incepe
runt viam: et stella precedebat ostendēs
eis viā quā debebāt facere. Ita q̄ quādo
habebant ascendere collem: primo stella
ascēdebat: r qñ habebant descendere de
scendebat. Item quādo habebant trāsi
re flumen: stella ostēdebat eis locū trāsi
tus. Et qñ erant in villis in quibus ha
bebāt quiescere: stella stabat imobiliter
super hospitiū. Deinde i recessu stella in
cipiebat viā: et ipsi sequebant. Nunquid
videtur vobis istud fuisse magnū mira
culum? Hoc mō venerunt vsqꝫ ad termi
num terre p̄missionis. Et in crastinū qñ
debuerūt itrare terrā indee: stella dispa
ruit eis. Cogitate qualē tristitiā habue
runt dicentes. O miseri q̄d est hoc ex ali
quo peccato alicuius nostrū stella dispa
ruit. quid faciemus? Dicit sanctus Tho.
q̄ tenuerūt consiliū quid facerent. Qui
dam dicebāt q̄ redirēt: qñ querere regē
nouū in terra aliena magnū periculū es
set. Alij dixerūt q̄ irent ad min⁹ vsqꝫ ad
ciuitatem hierlm: qr tantus rex in nobili
ciuitate deberet esse natus vel ad minus
scirent vbi erat natus qr ibi erant magni
rabini r doctores: ideo faciam⁹ q̄d in no
bis est. Et venerūt in ciuitatē hierusalē.
Et tunc fuit cōpleta p̄phetia Esa. dicen
ris. Surge illuminare hierusalē: quia ve
nit lumen tuū: r gloria dñi sup te orta est
Quia ecce tenebre operient terrā: r cali
go populos: super te autē orietur dñs: r
gloria eius in te videbit. Et ambulabūt
gentes in lumine tuo: et reges in splen
dore ortus tui ꝛc. Esa. lx. Et loquit genti
iudaice quasi p̄sone dormiēti dicēs. Sur
ge. s. ciuitas hierlm: illuminare. s. lumine.
claritatis fidei: qr venit lumē tuū. s. xps.
Nota r ambulabūt gētes in lumine tuo
nō solū indei. Moraliter sup hoc q̄ reges
amissa stella venerūt hierlm: vt ibi certi
ficarentur. Sic debemus nos facere qñ
amittim⁹ stellā gre dei. Sciendū q̄ gra
tia dei dicit stella p stellā regū significa
ta. Nō qr sicut illa stella dirigebat r duce
bat reges ad xp̄m in iudeā: sic gratia dei
dirigit nos r ducit r ostendit viam para
disi illis qui habent eā. Primo in biuio
ostendit viam dextrā. O quot biuia sunt
in hoc mūdo illis qui volunt ire ad xp̄m
Primū est superbie et vanitatis ad sinis
trā: māsuetudinis r humilitatis ad dex
terā. Stella gratie dei ostēdit ire ad dex
terā humilitatis que est via recta plana
et bona et absqꝫ periculo. Scōm est ava
ricie r cupiditatis r misericordie r libera
litatis. Tertium est luxurie r carnalita
tis: et mundicie et puritatis. Quartū est
inuidie r malignitatis ad sinistrū: et be
niuolentie r charitatis ad dextrā: quam
ostendit stella gratie. Quintum est gule
et voracitatis: r abstinētie et parcitatis.
Sextū est ire r seueritatis: et pacis r vni
tatis. Septimum est accidie: et ociositā
tis. diligentie r operositatis: in his stella
gratie dei dirigit nos. item stella gratie
dei ostendit viam ascendendo per viam
contēplatiuā: et descendēdo per viā acti
uā ad opera mie r pietatis. Istē ostendit
trāsitū in flumine delectationū mūdi vbi
ꝯplures submerguntur vt homo non re
cipiat de ipsis nisi necessaria: r fm legez
r nō extra: ne submergat in cibo r potu r
vestitu sopore ꝛc. Ideo dicebat btūs Joā
nes. Unctionē quā accepistis ab eo: ma
neat in vobis: et non necesse habetis vt
ꝛ se. Ne magnitudo reuelatõnũ extollat
me: dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee ãge
lus sathane q̃ me colaphizet. ij. ad Cor.
xij. q̃z a cã inferiori. s. a carne iualescẽ
te vel timẽte: sicut de petro q̃ peccauit ab
negãdo xp̃m cã timorẽ is mortis: q̃z
a diabolo instigãte: sicut de Job. ij. Sa
thã a facie dñi egressus percussit iobvlcere
pessimo. Et dũ penitẽs sic tẽtat xp̃s dor
mit. Nota q̃ xp̃s in celo semp vigilat: q:
semp btõr recordat ꝛ eos sẽp docet. In
inferno aũt sp dormit: q: eoꝝ obliuiscit ꝛ
punit. In nauicla aũt pnie q̃z dormit
q̃z vigilat: vigilat aũt q̃n in tribulatiõi
bus adiuuat hs õ: dormire q̃n penitẽtem
exponit tribulationib⁹: ꝛ interiz nauicu
la pnie tacrat fluctib⁹: q: vent⁹ tentatio
nis diabolice est ei hostis: ꝛ xp̃s expectat
vt ipm excitet di. Exurge quare obdor
mis dñe. Tertio ostendit in scõ euange
lio subuẽtio misericordialis: ibi et accesꝝ
serũt ꝛ suscitauerũt eũ dicẽtes. Dñe salua
nos perimus. Hoc est pncipale remediũ

in mari in periculo cristentiuꝫ in tẽpestate ⁊ aduersitate valida: recurrere ad deum orationibus deuotis: sicut legit Jone. j. q̃ naute primo clamauerũt ad dñm deũ suũ: sc̃o piecerũt vasa in mari. Tertio piecerũt Jonam ꝓphetã in mare. Quarto vouerũt vota dño. Clamare ad deum est deuotis orationib⁹ ipm excitare dicẽdo. Exurge dñe adiuua nos⁊ libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. Sc̃o vastaꝫ piectio est elemosynarũ largitio ⁊ tẽpaliũ abiectio Protectio Jone in mare est filium dei nobis in mari tribulatiõis associare dicendo. Dñe ꝓpter nos orta est hec tribulatio tẽpestatis: q̃ ꝓpter odiũ diaboli contra deũ insurgit contra nos. Nota facere vt cõpleant: alias melio⁹ esset nõ vouere. Ita debem⁹ nos facere q̃n in mari hui⁹ mũdi insurgit aliqua tempestas siue generalis siue particularis: debemus facere vt discipuli fecerunt scilz recurrere ad xp̃m p bona opa: ⁊ ipm excitare dulciter deuotis orationib⁹ dicẽtes. Salua nos perimus. Quarto ostẽditur de dño iesu xp̃o dominatio vniuersalis: ibi. Surgẽs imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta est tranquillitas magna. Ecce domiatio vniuersalis. de qua dauid. ꝑs. lxxxviij. Tu dominaris potestati maris: motũ autẽ fluctuum eius tu mitigas scz imperãdo vt cessarent: ⁊ statim cessauerũt sibi obedire do tanq̃ domino vniuersali. Porro homines illi scz q̃ erant in naui mirati sunt dicẽtes. Qualis est hic quia mare ⁊ vẽti obediunt ei scz tanq̃ domino ⁊ creatori. Placeat igitur sibi remouere a nobis tẽpestates tribulationes ⁊ pericula taz alec̃ corporis: ⁊ det nobis tranquillitatem quietis ⁊ pacis hic per gratiam ⁊ in futuro per gloriam. Amen.

¶ Dominica quarta post octa. epiphanie. Sermo vnicus.



IN tempore messis dicẽ messoribꝫ. Colligite ꝓmũ zizania et alligate ea in fasciculos ad cõburẽdũ: triticum autẽ cõgregate in horreũ meum. Mat. xiij. Sermo noster erit de sc̃o euãgelio hui⁹ dñice: ⁊ habebim⁹ multas bonas doctrinas ⁊ ĩstructiones morales: ꝫ ꝓmo saluteꝫ ꝙgo maria: In tẽpore messis ⁊c. pro introductione materie ⁊c. Dicatur parabola euãgelij ad literam. In qua parabola christus ostendit tria de se scz.

Humilitatem ꝓfundissimam.
Benignitatẽ dulcissimam.
Equitatem rectissimam.

¶ De tertia dicit thema. In tpe messis dicẽ messoribꝫ. s. equitatẽ iusticie mee. dico ꝓmo q̃ in dicta pabola xp̃s ostẽdit de se humilitatẽ ꝓfundissimã: q̃ cũ xp̃s sit rex regũ ⁊ dñs dñantiũ voluit assumere formã ⁊ officiũ seruilis cõditionis. s. seminatoris ꝓut ostẽdit in ꝓncipio parabole cũ dr. Sil'e factũ est reg ce. ⁊c. Hlo. ecclia militãs hoi q̃ seminauit bonum semẽ in agro suo. Cum autẽ dormirẽt hoies venit inimicus ei⁹ ⁊ supseminauit zizania in medio tritici ⁊ abũt qũ exposuit xp̃s ad supplicationẽ apostoloꝝ dicentiũ. Edissere nobis pabolã zizanioꝝ agri qui respõdẽs ait. Qui seminat bonũ semẽ est filius hois. ager est mũdus: bonum ꝙ semẽ hi sunt filij regni: zizania autẽ sunt filij nequã: inimicus autẽ q̃ supseminauit est diabolus. Patet ergo humilitas xp̃i q̃ dicit se esse seminatorẽ q̃ in agro huius mũdi seminauit bonũ semẽ setãꝫ ꝓsonarũ scz apl'oꝝ: martyrũ: cõfessorum: doctorũ: virginũ: inocẽtiũ ⁊ penitẽtiũ. De quibus dicit. hi sunt filij regni. Sc̃o seminauit semẽ sanctaꝫ doctrinaꝫ sctẽ fidei catholice q̃ ꝓsistit in. xiij. articulis quasi xiij. granis. Sũt cĩm. xiij. articuli si numerus articuloꝝ sumaꝫ ex parte credibiliũ: vt dicit beat⁹ Tho. iij. dis. ij. q. j. ar. ij. Tertio seminauit semẽ virtutũ scz humilitatis: misericordie ⁊ caritat⁊: charitat⁊ abstinẽtie: patiẽtia: ⁊ diligẽtie. Jõ de ipo dicit Lu. Exiit q̃ seminat seminare semẽ suũ. Lu. viij. Ecce hic grauissima humilitas xp̃i de qua dicit apl's. Qui cũ in forma dei eẽt semetipz exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinẽ hoĩm factus: ⁊ habitu inuẽtus est vt homo. ad. Phil. ij. cũ aũt dormirẽt hoies ⁊c. No. q̃o dormiũt hoies triplr. s. ꝓ ignorantiã intellectuali: ꝓ negligẽtia spũali: ꝓ abundãtia criminali. Cũ sic dormirẽt hoies venit inimicus. i. diabolus: ⁊ supseminauit zizania malaꝝ doctrinaꝝ: scz errorũ falsarũ opinionũ: delitiaꝝ terrenaꝝ supbie: auaricie luxurie ⁊c. Dico sc̃o q̃ in sctõ euãgelio ostẽdit in xp̃o sua benignitas dulcis-

sima: q̃ nõ statim venit punire nec occidere pctõres: nec dãnare: ꝫ vult eos ad pniam benignissime expectare. ad Ro. ij. Ignoras q̃m benignitas dei ad pniaꝫ te adducit. Hec benignitas ostẽdit in sancto euãgelio ibi. Cũ aũt creuisset herba⁊ fructũ fecisset tũc apparuerũt ⁊ zizania. Accedẽtes aũt fui pr'isfamilias: dixerũt ei. dñe nõne bonũ semẽ seminasti i agro tuo vñ ẽ hz zizania: ⁊ dixit. Inimic⁹ hõ hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei. Vis imus ⁊ colligim⁹ ea. Et ait. Nõ. Ne forte colligẽtes zizania eradicetis simul ⁊ triticũ. Si nitevtraq̃ crescereyt q̃ ad messem. Serui pr'isfamiliaꝝ itelligunt boni angeli q̃ ꝺ bonis opib⁹ nr̃is gaudẽt i celis: vt dicit xp̃s. Dico vobis q̃n gaudiũ erit cotã angelis dei in celo supvno ⁊c. Luc. xv. Per oppositũ de malis opib⁹ nr̃is tristãtur. Autoritas. Esa. xxxiij. Ecce videtes clamabũt foris. Angeli pacis amare flebũt Nota videtes. s. mala opa nostra clamabũt foris. s. mala detestãde: que q̃dẽ detestatio angeloꝝ ꝺr fletus ipoꝝ qui dicũt xp̃o. Dñe nõne bonũ semẽ seminasti i agro tuo ⁊c. hic ꝙ benignitas xp̃i dulcissima i hoc q̃ nõ ꝺcedit seruis suis eradicationẽ zizanioꝝ: ne triticũ etiã eradicet ⁊ ꝓdat. Q̃m forte illi q̃ mõ sunt zizania ꝓ pctõ ⁊ malicia aliq̃n crũt triticũ ꝓ pniam. Sicut ꝙ de paulo: q̃ aliq̃n fuit zizania ꝓ supbiã: infidelitatẽ ⁊ crudelitatẽ ꝺ ecclam xp̃i qui postmodũ fuit optimũ triticũ. Jdẽ de matheo ꝓ auariciã. Idem de magdalena ꝓ luxuriã: ⁊ ꝺ multz alijs posset dici. Ecce benignitas dei dulcissima. Jdeo dicit ipse. Nunq̃d voluntatis mee est mors impij ⁊ nõ vt cõuertatur a vijs suis ⁊ viuat. Ezechie. xviij. Ecce hic ꝙ nr̃a crudelitas quivellemus q̃ inimici nr̃i perirẽt statim. Dico tertio q̃ ostendit xp̃s in isto euãgelio sua equitatẽ rectissimã: qñ iuste ⁊ recte iudicabit in die iudicij. De hoc dicit tertia pars euãgelij. In tpe messis dicẽ messoribꝫ. Colligite ꝓmũ zizania: ⁊ alligate ea i fasciculos ad cõburendũ. Triticũ aũt ꝺgregate in horreũ meũ. Tempus messis vt ipsemet xp̃s exponit est cõsummatio seculi. Messores sunt angeli: quib⁹ dicet xp̃s in die iudicij. Colligite primũ zizania: q̃ tã boni q̃ mali portabuntur ad iudiciũ ꝓ angelos bonos. Autoritas. Mat. xiij. Mittet filius hominis angelos suos. glo. bonos. ⁊ colligent de regno eius oia scãdala ⁊ eos qui faciunt iniquitatem quibus collectis ⁊ a tritico idest a bonis separatis dicet christus. Colligite ea in fasciculos ad cõburendum: ⁊ lz pctã ꝓpter que gẽtes dãnanꝺ sunt diuersa: tñ oẽs q̃ fuerũt participes in eodẽ pctõ erunt etiam participes in eadẽ pena. Itẽ de oib⁹ participantib⁹ in eodẽ crimine fiet vn⁹ fasciculus. verbigra. Primo de oibus malis impatoribus: regibus ⁊ principibus gubernatoribus ⁊ rectoribus fiet vnus fasciculus: immo erat magn⁹ fascis ⁊ grossus. Secundo de omnibus malis prelatis qui non intrauerunt per portam: sed per manũ regiã vel per symoniam: ⁊ ma levixerunt. Tertio de omnibus religiosis qui nihil tenent quod vouerunt: nec de cerimoniis: immo fuerunt inobedientes: ꝓpietarij: luxuriosi. Quarto de monialibus fiet alius fascis. Quinto de malis presbyteris ⁊ inhonestis: qui nec dixerunt horas: ꝫ ludũt ad taxillos: tenuerunt concubinas: fecerũt mercantias ⁊c. Sextus erit de malis iudicibus aduocatis: iuristis notarijs qui dilatant litigia deuorant viduas ⁊ pauperes consumũt gentes. Septimus erit de auaris: vsurarijs: latrõibus: falsis mercatorib⁹. Octauus de illis qui viuunt in bannositatibus. Nonus de omnibus luxuriosis leonibus: meretricibus. Decimus de omnibus mulieribus vanis pomposis: que licet fuerũt caste ⁊ honeste: ex illis tamẽ picturis ⁊ vanis ornamẽtis dãnabũtur. Ecce quare christus dixit in tpe messis. idest in die iudicij: dicam messoribus. id est angelis. Colligite primuz zizania ⁊c. Et concordat ꝓpheta Esa. di. Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum vnum et claudentur ibi in carcere. Esa. xxiij. Tunc facta executiõe de malis: boni intrabũt in possessionẽ regni celestis: cum dicitur. Triticũ autem congregate in horreum meũ. i. in celeste gaudiuz. Boni dicuntur triticũ q̃a ad instar tritici habent interius candorẽ puritatis: exterius rubedinẽ charitatis. de quo dicit christus. Dilectus meus cãdidus ⁊ rubicũd⁹. Can. v. Triticũ aũt ꝺgregate in horreũ meũ. i. gloriã. Ad quã ⁊c.

¶ Notabile de ꝓpinquitate tpis antixpi.

Ota propiquitatē tpis antixpi ex parabola zizaniox agri. Mat.xiij.i qua xps dixit. Cū dormirent homines venit inimicus ꝛc.

Nota q̄ dormire contingit tripliciter.

Per ignorātiam intellectualez.

Per negligentiam spiritualem.

Per abundantiam criminalem.

¶ Quātū ad primū:pſonis rudib⁹ ratiōnē seu narrationē aliquā nō intelligētibus solemus dicere dormitis:q; ad modū dormientiū habent oculos intellect⁹ clausos:cōtra q̄ petebat dauid. pſ.xij. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte: neq; dicat inimicus me⁹ prevalui aduersus eū. Dabat ergo christus intelligere q̄ cū hoies intellectualit̄ ignorarent:singulariter ecclīarū magistri ſm Hiero.tūc veniret antixps. Sicut dormientib⁹ turriū speculatoribus venit inimicox exercitus. Esa.lvi. Oēs bestie agrivenite ad deuorandu:vniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci oēs nesciērūt vniuersi:canes muti nō valentes latrare videntes vana:dormientes ꝛ amantes somnia: ꝛ canes impudētissimi nesciērūt saturitatē:ipsi pastores ignorauerunt intelligentiā. Scdo dicunt homines dormire p negligentiā spūalem. De negligentib⁹ ꝛ tepide opantibus solet dici q̄ dormiunt: q; ad modum dormientiū agendorum curā postponunt. Cōtra q̄ dicit. ps.cxx. Nō dormitabit neq; dormiet q̄ custodit israel. Dabat ergo xpus intelligere q̄ cū hoies circa spūalia negligēter se haberent: tūc veniret antixpus. Sicut dormientibus custodientibus domos veniunt latrones. Ezechie.xxxviij. Hec dicit dñs. s. ad gog idest antixp̄ ad literam. In die illa ascendent sermones super cor tuum ꝛ cogitabis cogitationem pessimā:ꝛ dices: ascendā ad terrā absq; muro veniā ad quietes habitātesq; secure. Hi oēs habitant sine muro : pectes ꝛ porte non sunt eis. Hic ostēdunt signa euidentia temporis antipi. Murus pōt intelligi clerus. Et huius muri turres sunt prelati. Porte sunt religiosi. Vectes autem sunt clerici ꝛ econuerso. Quando ergo christianitas habitabit q̄te in peccatis absq; muro. idest custodia prelatorum signum est antichristi. Ezechie.xxij. Quesiui de eis virū qui interponeret sepem ꝛ staret oppositus contra me. p terra ne dissiparē eā ꝛ non inueni. Et effudi super eos indignationem meam. Et sic erunt tempore antixp̄i absq; portis ꝛ vectibus. idest sine documentis euangelicis ꝛ cōsiliis apostolicis. Thren.ij. Destruxit sunt in terra porte eius: perdidit ꝛ cōtriuit vectes eius. Tertio dicunt hoies dormire per abundantiā criminalē. Existentes enī in peccato mortali vel in statu peccati mortalis dicuntur dormire: q; ad modū dormientiū non negociant. s. p meritū vite eterne. ideo quilibet talis exciterur ad Ephe.v. Surge qui dormis ꝛ exurge a mortuis. Dabat ergo xps intelligere q̄ cuz hoies peccatis grauissimis abundarent: tunc veniret antixpus: sicut infirmis regimē medici non tenentibus aduenit mors. Mat.xxiiij. Qm̄ abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. Et subditur. Tunc veniet consummatio ꝛc.

¶ Dñica in septuagesima. Sermo. j.

Multi sunt vocati pauci vero electi. Math.xx. Sanctum euangelium hodiernum in summa continet tres altas et subtiles materias theologie scz.

Vocationem gratie.

Donationem glorie.

Distinctionē vite.

¶ De his trib⁹ dicit ſmo nr̄. ꝛ ō tertio loquit thema. Multi sunt vocati pauci vero electi. verbū est terribile: ſverū. Dico p̄mo q̄ in sancto euāgelio hodierno ostenditur vocatio gr̄e. s. q̄n de⁹ sua bonitate vocat pſonas ad bonā vitā ꝛ ad suā gr̄am sine p̄cedentib⁹ meritis creature de hoc dicit petrus apl's. De⁹ ois gr̄e. s. datoꝛ q̄ vocauit nos in eternā suā gloriaz. j. Pet. v. Modū huius vocatiōis ꝛ diuersitatū differentiā declarat euāgeliū in parabola di. Simile est regnū celoꝛ homini patrifamilias ꝛc. Vbi ponit q̄nq; differētias huius vocatiōis ad bonā vitā ꝛ penitentiam ad suam gratiā: sicut sunt q̄nq; etates principales hoīs siue mulieris: ꝛ quidam vocant hora p̄ma q̄dā hora tertia. Hora p̄ma est puericia: q; tūc incipit claritas diei: sic in puericia incipit claritas discretionis ad discernēdū inter bonum ꝛ malū: ꝛ homo incipit habere verecundiā ꝛ deuotionē: ꝛ cauere a pctis. Tales vocant a deo hora prima. Hora tertia ꝛ adolescentia a. xv. annis vsq; ad. xxv. q; tūc ad instar solis magis ostendūt claritatē discretionis ꝛ deuotionis: q̄n in tali etate recedunt a peccatis ꝛ incipiunt bonā vitā vocant a deo hora tertia. Aliyo cank a deo hora sexta ꝛc. sicut iuuenes q̄ ad instar solis sunt in flore iuuētutis ꝛ in feruore iuuētut̄ corporalis: q̄n tales cōuertunt ad deū vocant a deo hora sexta hora. ix. est senectus q̄n hō ad instar solis iam inclinat versus terrā: q̄n tales in illa etate vocant vel conuertunt ad deū et ad pniam vocant hora nona. Hora. xi. vocat hora vesperaruz: ꝛ hora. xi. est decrepitus: q̄n in tali etate conuertunt ad deū dicunt vocati ad deū hora. xi. q̄n cōuertunt de pctis restituunt: remittūt iniurias cōfitent ꝛc. Ecce vocatio gratie in qualibet etate: sed prima est melior. De quo Hier. Bonū est viro cū portauerit iugū dñi. iugum scz obedientie ad p̄ceptū dei ab adolescētia sua. Thre.iij. Nō q̄n q̄ in adolescentia se dant pctis ꝛ male vite postea cū magna difficultate possunt cōuerti ꝛ redire ad deum: q; consuetudo est altera natura. ideo Hiere.xiij. Si mutare pōt ethyops pellē suā aut pardus varietates suas: ꝛ vos poteritis bene facere cū didiceritis malū ꝛc. Et concordat versus poete di. Qui nō assuescit virtutibus dū iuuenescit. A vitijs nescit desistere q̄n senescit. ideo dicit scriptura sancta Adolescens iuxta viā suā: etiam cū senuerit non recedet ab ea. Prouer.xxij. Mora liter. Dic quō est magnū pctm̄ patris et matris si filij sunt male nutriti: q̄m virga tenera leuiter potest dirigi ꝛc. Juxta illi tudinē boni hortulani qui nutrit et ordinat arbores bene. als si sint curue ꝛ male ordinate est culpa sua: ideo vos de mīmonio estis hortulani q̄ plantatis arbores in horto ecclie. ideo ꝛc. Dic quō filij sunt nutriendi ne iurent p deū: nec p sctōs: sed vt affirmēt p aduerbia: ꝛ q̄n erūt magni tūc nō erūt iuratores nec blasphemi ꝛc. Nota hoc vitiū q̄ dic exēplū scti Ludouici regis frācie. Hic ei q̄dā die quēdā blasphemātē audierat quē in labijs ferro calido cauterizari p̄cepit. Uelle inquies i labijs meis hāc indecentiā sustinere dūmō hoc vitiū blasphemie pessimū de regno meo penitus tolerē ꝛc. Digni sunt morte nō solū q̄ ea faciūt ſz ēt q̄ ꝛsentiūt faciētibus ad Ro. j. glo. Aug. Cōsentiūt faciētib⁹ q̄ deberēt corrigere ꝛ nō faciūt. Primū pertinet ad parētes. scōm ad seipsum. tertium ad dños ꝛ rectores cōitatū. Nota tres cōditōes gētiū q̄ nō deberēt iurare: ſz debent semp eē parati ad mortē. s. clerici: marinarij: ꝛ hoies armox q̄ quotidie sunt i piculo mortis: ꝛ tñ isti sūt cōiter peiores iō dicit apl's parētib⁹. ad Ephe.vi. Pcres nolite ad iracūdiā. s. dei puocare filios vestros: ſz educate illos in disciplina ꝛ correptione dñi. Dico scdo q̄ in sctō. euangelio ostēdit donatie glorie: q; iō de⁹ dat alicui suā gratiā: vt det sibi finalr̄ suam gloriā: q; gratia est dispositio ad gloriaz habendam. Dauid. ps. lxxxiij. Qz miam et ſ̄itatē diligit de⁹ gr̄am ꝛ gloriā dabit dñs. Nota bene istā declaratiēnē reddē do singula singul': q; a pmutata, pportione vt dicunt logici bñ valet argumentū. Qz de⁹ diligit miam dabit gratiā: q; magna est dei mia: ideo pctōri penitēti dat gr̄am. Et q; veritatē diligit de⁹: iō gliaz dabit dñs: q; ipse pmisit dare gloriā penitētibus. Modū donatiōis gratie declarat euangelium hodiernū di. Cum sero autē factum esset: dixit dñs vinee procuratoi suo. Voca operarios ꝛ redde illis mercedē. Incipiens a nouissimis vsq; ad primos ꝛc. vbi fuit ordo preposterus. vñ dicit. Erunt nouissimi primi ꝛ primi nouissimi. Nota tres declarationes huius verbi. Erunt nouissimi primi.

Prima ſm duratiōnē temporalem.

Scda ſm cōditionem mundanalem.

Tertia ſm affectionem cordialem.

¶ De prima sciēdū q̄ de⁹ diuisit temp⁹ q; est tps laborādi in isto mūdo i bonis opib⁹. s. pnie: mie: iusticie ꝛc. in alio mundo est tps quiescēdi illis q̄ hic laborauerunt. Autoritas. Osa tps habent ꝛ suis spaciis transeunt vniuersa sub celo. Tēpus nascendi: ꝛ tēpus moriendi. Temp⁹ plantandi: ꝛ tēpus euellendi q̄ plantatū est. Tēpus flendi: ꝛ tēpus ridēdi. Tēpus plangendi: ꝛ tēpus saltandi ꝛc. Eccli.iij. Ideo xps. Beati qui nunc fletis. s. p pniam: q; ridebitis p gloriā. Luce.vj.

Modo in hoc mũdo sunt quidã primi.s. ad gratiã dei habendã. Quidã ẏo nouissimi: q̃ tñ nouissimi erunt ṗmi in gl̃ia: sicut pz de beato petro qui ṗi⁹ in tẽpore fuit vocatus ad gratiã dei ⁊ ad apostolatũ ꝯ stephanus: ⁊ tñ stephan⁹ fuit primus in gloria bene per. xxx. annos ante ꝯ petrus. Ecce quõ fm durationẽ tẽporalẽ sunt primi nouissimi ⁊ nouissimi primi. Idẽ pot dici de sancto Andrea et de latrone. Moraliter habetur hic doctrina de filijs vestris paruis post baptismũ decedẽtibus q̃ fuerunt nouissimi ad gratiã ꝯ parentes. Ideo illi non sunt fiendi sed adulti ribaldi ⁊c. Ideo Apl⁹us. j. ad Theſ. iij. Nolum⁹ vos ignorare de dormientib⁹. i. innocentib⁹ quiescẽtibus: vt nõ contristemini ⁊c. Scõa declaratio est fm conditionẽ mũdanalẽ. De cõditionibus mũdi est q̃ illi q̃ sunt diuites honorati in ꝓsperitate ꝓstituti elongantur a deo: qr nimis diligunt diuitias honores ⁊c. Ideo quasi plãgẽdo dicit dñs. Dilectus meus. i. xp̃ianus incrassatus impinguatus dilatatus dereliquit deũ factorẽ suũ ⁊ recessit a deo salutari suo. Deuter. xxxij. Sed aduersitas facit oppositũ: qr facit cõuerti gentes ad deũ: q̃n tribulati ⁊ afflicti sunt. Auctoritas greg. Mala q̃ nos hic premũt: ad deũ ire cõpellũt. Modo iuxta cõditionẽ hui⁹ mundi ꝓsone diuites magis honorant ⁊ sunt primi in oi loco tã in eccl̃ia ꝯ in platea: tã in mensa ꝯ in via. pauperes ẏo sunt nouissimi: qr modica mẽtio fit de ipsis. Sz in alio mũdo fit totũ oppositũ: qr pauperes q̃ sunt nouissimi in illo mũdo: i alio mũdo erũt primi. s. in paradiso. Diuites ẏo q̃ in hoc mũdo sunt primi: in alio erunt nouissimi scz in iferno: sicut pz de diuite epulone: ⁊ de paupere lazaro. Luc. xvj. Tertio declaratur ẋbum ꝑdicti fm affectionẽ cordialẽ. Nã doctrina est theologie q̃ meritũ essẽtiale ⁊ gloria essentialis magis respõdet habitui charitatis ad itra ꝯ operibus ad extra. Uerbi gratia. Sit vnus q̃ facit multa bona opera: ⁊ alius q̃ nõ facit tot bona opera: sed habz maiorẽ charitatẽ ꝯ alter ⁊ est magis feruens in corde: talis habebit maiorẽ gl̃iam celestẽ⁹ essentialẽ ꝯ alter q̃ facit multa bõa opera. Uñ maiorẽ gloriã essentialẽ hz beat⁹ martinus de martyrio desiderato q̃n⁹ martyr de martyrio consummato: lz ille habeat aureolã ⁊ nõ beat⁹ martin⁹. Augu. Nõ numerositas operũ: nõ diuturnitas tẽporũ: sed maior charitas melioꝛq̃ voluntas auget meritũ. Hoc mõ sũt multi nouissimi primi: ⁊ econuerso. Cũ sunt multi religiosi qui in nouiciatu seruant regulã ⁊c. Et q̃n sunt ꝓfessi totum dimittunt. Idẽ de sacerdotibus nouis qui sũt deuoti ⁊c. sed paulatim efficiunt indeuoti ⁊ mali: ⁊ sic efficiunt nouissimi. Sũt alii qui qui incipiunt simplr bonã vitã ⁊ denotã ⁊ cõtinue augmentãt ⁊ sic isti q̃ erãt nouissimi augmentãdo erũt primi. Ideo apl⁹s ad Phil. j. Oro vt charitas vestra magis ac magis abunder in omni scientia ⁊ in omni sensu: vt prophetis potiora vt sitis sinceres sine offensa. Nota. sinceres in charitate ⁊c. Dico tertio q̃ in scõ euãge. ostẽdit distinctio vite cũ dr. Multi sunt vocati pauci ẏo electi. Sed autoritas in oppositũ de beato ioãne euãgelista cui deus reuelauit gloriã q̃ dicit. Vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poterat ex oibus gentib⁹ ⁊ populis ⁊ lĩguis stãtes ante thronũ dei ⁊c. Apoc. vij Quomodo ergo dicit christus. Multi sũt vocati ⁊c. cũ sint innumerabiles ꝑ Jo. Hoc concordatur sic ꝙ distinctionẽ. Cũ de electis possumus loqui dupliciter scz absolute vel cõparatiue. Si volum⁹ loqui absolute: sic sunt multi sicut dicit ioannes. Si autẽ volum⁹ loqui de electis cõparãdo ipos ad dãnatos: sic pauci sũt electi respectu dãnatoꝝ. Sicut de manu plena arena i qua sunt multa grana absolute: ⁊ pauca ẏparatiue respectu illorum que sunt in littore. Sic genus hũanũ ꝓpter multitudinẽ cõparat arene vt pz in ꝓmissione facta abrae cui dixit dom⁹. Multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi ⁊ sicut arenã q̃ est i littore maris Gen. xxij. De qua deus accepit manum plenã: qr iustorum ale in manu dei sunt. Sap. iij. qui absolute sunt innumerabiles: vt dicit sanctus Joannes: sed respectu dãnatorũ quasi nihil sunt. Nota. q̃ antiquit⁹ multi dãnabantur: ⁊ soluz iudei saluabant: ⁊ nõ oẽs: sicut mõ saluãtur solũ xp̃ iani: ⁊ non oẽs. hoc maxime apparebit in die iudicij q̃n oẽs erim⁹ in illa magna platea. electi ad dexteraz dãnati ad sinistram. De hoc ꝓpheta. Esa. ponit

duas ẏparationes di. Quomodo si pauce olive que remanserunt excutiantur et olea et racemi: cũ fuerit finita vindemia. Hi leuabũt vocẽ suã at q̃ laudabũt cum glorificat⁹ fuerit dñs: hinniẽt de nari ⁊c. Esa. xxiiij. Querit vñ est q̃ plures damnentur ꝯ saluent. Dicit em̃ sctũs Tho. j. par. q. lxij. ar. ix. ad primum q̃ plures angeli ꝓmanserũt ꝯ peccauerũt. Sed in hoibus pluries oppositũ verũ est. Dicũt em̃ q̃ verbũ philosophi dicentis q̃ malũ est vt in plurib⁹ bonũ vt in paucioribus: intelligẽdũ est quo ad hoies i quib⁹ malũ cõtingit ex hoc q̃ sequunt bona sensibilia que sunt pluribus nota: deserto bono rationis quod paucioribus notũ est. In angelis autẽ nõ est nisi natura intellectualis. Unde nõ est similis rõ de angelis ⁊ hoibus. hec sctũs Tho. Que est igitur ratio q̃ plures hoies damnentur ꝯ saluentur. Rñsio q̃ est malicia voluntatis eorum qui possent saluari si vellent ⁊ nolunt accusãdo diuinã predestinationem: dicẽtes q̃ nõ põt deficere: cũ tñ non cogat aliquẽ: nec auferat liberũ arbitriũ sicut mea scientia ⁊ visio q̃ est is hic: non cogit vos esse hic. De hoc auctoritas. Ecclĩ. xv. Deus ab initio constituit hoiem et reliquit eũ in manu consilij sui adiecit mãdata ⁊ ꝓcepta sua. Si volueris mãdata seruare: conseruabunt te. Apposuit tibi ignẽ ⁊ aquam: ad qõ volueris porrige manũ tuã. Ante hoiez vita ⁊ mors: bonũ et malum: qõ placuerit ei dabitur illi ⁊c. Si dicaꝛ. si illud qõ placet homini datur ergo oẽs ibim⁹ ad paradisum: qr oẽs volumus ire illuc. Rñsio. Hoc nego: qr licet verbo oẽs velint saluari: nõ tñ opere seu de facto: sicut de illo qui dicit se ire Bunã: ⁊ recipit viã Nuscie. Sic superb⁹ verbo dicit se ire ad paradisum: sed de facto recipit viã inferni. ⁊ sic de aliis. Uñ nõ dicitur voluntas sed velleitas: vt dicit sanctus Tho. Ideo apl⁹s. Hoc bonũ est ⁊ acceptũ coram saluatore nostro iesu: quivult oẽs homines saluos fieri. j. ad Ti. ij. Sz hoies nolũt saluari. Et licet volũtas dei sit efficatior: tamen nõvult cogere aliquẽ vt vadat ad paradisum: sed dat nobis tribulatiões ⁊ aduersitates vt cõuertamur sicut bonus pater qui alapis facit ire filiũ ad scholas ⁊c. Sic de⁹ ⁊c. Patet ergo dissinctio. Quomodo aliqui volũt ire ad paradisum: aliq̃ nõ: ꝓpter quod dicit xp̃s. Multi sunt vocati: pauci vero electi.

¶ Dñica in septuagesima. Sermo. ij.

Quod iustuz fuerit dabo vobis. Mat. xx. Pro huius verbi declaratione iuxta intellectum quem volo pertractare: sciẽdum q̃ deus in principio fecit creaturas in triplici gradu siue differentia: qualdã fecit omnino spirituales: vt sctõs angelos qui sũt substantie pure spirituales. De quibus ps. ciij. Qui facis angelos tuos spũs: et ministros tuos ignẽ vrentẽ ⁊c. Apl⁹s aũt dicit. Qui facit angelos suos flãmã ignis. ad Heb. j. Quia ad instar flamme angeli semper tendunt sursum ad deũ: qr nullũ habẽt retractoriũ siue retardatiuũ sicut nos retrahit corpus. Sap. ix. Corpus qõ corrumpitur aggrauat aiam. Ideo xp̃s Lu. vl. Spũs carnẽ ⁊ ossa nõ hz. In angelis em̃ nõ est materia ꝓpie vt dicit sctũs Tho. j. parte. q. l. ar. ij. ⁊ primo scrip. dist. viij. ⁊. ij. di. iij. ⁊ i multis aliis locis idẽ dicit: vt in de potentia. ⁊ in quolibeta q̃libeto. iij. ⁊. viij. ⁊ in summa cõtra gẽtiles. Hoc idẽ dicit dionys⁹. iij. c. de diui. noib⁹ q̃ ꝑme creature sicut ĩcorpales: ita ⁊ imateriales intelligunt. hui⁹ veritatis contrariũ Anicebron auctor libri fontis vite asseruit ⁊ irrationabiliꝛ. Cui⁹ errorẽ sanctus Tho. vbi supra efficaciter confutat: scz in prima parte. q. l. ar. ij. in corpo. art. Scõs gradus creaturaꝝ est omnino corporalium: vt sunt aialia irrationabilia que sũt corruptibilia nõ solũ ꝯtum ad corp⁹: sed etiã ꝯtum ad aias eorũ que educũt de potẽtia materie. Gen. j. Producat terra aiam viuentẽ dixit de⁹ q̃n voluit facere animalia. Ideo totũ moritur. Pro dicti intelligentia nota q̃ anima bruto⁹ siue sensitiua non est subsistens: vt dicit sanctus Tho. j. parte. q. lxxv. ar. iij. per totum. ⁊ nullo mõ est hoc aliquid ac nullaꝝ habet per se operationẽ: et traducitur cũ semine ⁊ nõ est per creationẽ: qua etiã ex causa anime bruto⁹ desinũt esse corpore corrupto. Auctoritas. Cũcta. s. aialia subiacent vanitati ⁊ ola pergũt ad vnũ locũ de terra facta sunt ⁊ i terra pariter renertunt. Eccl's. iij. Et sicut angeli oĩno tendunt sursum ad deũ: per oppositũ aialis

tendũt deorsum ad terrã: qr nihil habẽt spũale. Tertiꝰ gradus creaturarũ quasi epilogãdo est hõ: q̃ est cõpositus de materia corporali ẽ̃tum ad corpꝰ in quo est similis iumẽtis: ⁊ spũali ẽ̃tum ad aiam in q̃ est similis angelis. Qñ aia rõnalis nõ educit̃ de potẽtia materie: ideo est immortalis vt angeli. Qñ aia rõnalis sit in corruptibilis ꝑbat. s. Tho. j. pte. q. lxxv. ar. vj. et. ij. di. xix. ar. j. ⁊. ij. cõtra gentiles. c. lxxviij. ⁊. lxxix. Se. ij. Formauit deꝰ hominẽ de limo terre quantũ ad corpus: et inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vite ẽ̃tum ad aiam: ac si angelus a deo mitteretur in corpꝰ de luto formatũ vt ipm regeret ⁊ gubernaret. Jõ ẽ̃tum ad corpus moritur homo vt iumentum. Eccl's. iij. Unus est interitꝰ hoim ⁊ iumentorũ ẽ̃tũ ad corpus vt dicit sc̃us Tho. j. parte. q. lxxv. ar. vj. in solutione ad primũ. Sz anima est immortalis: ⁊ quãdo corpus moritur vadit ad deum reddere rationẽ reuertatur puluis in terrã suã vnde erat: ⁊ spũs redeat ad deũ qui dedit illũ. Eccl's vlti. Sicut miles cui rex cõmisit castrum in medio inimicorũ: qui si bene custodierit castrũ: premiabit̃ a rege: al's punitur. Sic corpus ad instar castri cõsistit in medio inimicorũ: in quod deꝰ mittit spiritũ tanq̃ militem ad custodiendũ: ne per portas sensuum corporalium intrent inimici. Quod si bene custodit premiabitur in morte: al's punitur tanq̃ ꝓditor ⁊ petõr. Apl's. Statutũ est oĩbus hominibus semel mori ẽ̃tum ad corpus: ⁊ post hoc iudicium ẽ̃tum ad animam: ad Heb. ix. In quo iudicio dat rationem de gubernatione corporis. De quo iudicio dicit christꝰ in thema. Quod iustum fuerit dabo vobis sc̃z in illo iudicio. Patet thema. Sc̃z Aug. in libro de cura ꝑ mortuis agẽda sunt tres gradꝰ decedẽtiũ siue moriẽtiũ.

Quidam sunt boni perfecte.

Quidam sunt mali peruerse.

Quidam sunt boni mediocriter.

¶ Cuilibet istorum dixit xp̃s in thema. Quod iustũ fuerit dabo vobis. Dico primo q̃ de moriẽtibꝰ quidã sunt boni pfecte sicut sunt psone que licet peccauerint aliq̃n. tñ ꝑ tpe redierũt ad deũ: cõuertũtur de petis: cõfitenꝫ nõ solũ semel in anno: sed in oi hebdomada ⁊c. ⁊ sic de alijs bonis: intẽdo q̃ si corꝑa mala ⁊ peccata ponerentur in statera diuine iustitie: et bona in alia multo plus ponderarent bona ẽ̃ mala. Tales dicuntur boni perfecte: quibus dicit christus. Quod iustũ fuerit dabo vobis. Quia q̃n tales decedũt: statim dat illis christus gloriã paradisi sine purgatorio. qr iam habuerunt hic purgatoriũ. Auctoritas. Si impiꝰ egerit penitentiã ab oĩbus peccatis suis que operatus est ⁊ custodierit oĩa precepta mea et fecerit iudiciũ ⁊ iustitiã: vita viuet ⁊ nõ morietꝫ. Ezechie. xviij. Nota si impius. i. pessimꝰ ⁊ abominabilis peccator penitẽtiam egerit de oĩbus peccatis suis saltez mortalibus que connexa sunt: nec vnius sine altero fit remissio: vt dicit. s. Tho. in prima scde. q. lxxiij. ar. j. Et. iiij. dist. xvj. q. ij. ar. j. q. ij. Et custodierit omnia precepta mea. s. in voluntate proponendo custodire: qr dicit philosophus q̃ recessus a termino a quo sc̃z a peccatis est accessus ad terminũ ad quẽ. s. bona opera. Et fecerit iudicium scilicet in confessione Ideo confessor dz sedere reus est peccator: ideo debet se accusare seruata veritate. Et fecerit iustitiã sc̃z seruando penitentiam iniunctam vita viuet: et omniũ iniquitatũ eius quas operatus est nõ recordabor: sc̃z ad puniẽdũ. Ezechie. xxxiij. Omnia peccata ei⁹ que peccauit non imputabuntur sc̃z vt puniãt iterũ: sed qñ in istum fuerit dabo vobis: ẽ̃tum ad gloriã Qualiter aũt datur gloria personis pfectis ⁊ bonis: hoc declarat̃ per quãdã auctoritatẽ allegorice sumptã. Exodi. xxiij. Ecce ego mitto angelũ meũ q̃ ꝓcedat te ⁊ custodiat in via: ⁊ introducat in locũ quẽ preparaui. Doctrina est theologie q̃ angelus malꝰ venit in morte cuiuslibet etiã in morte xp̃i venit lucifer q̃ volens capere animã xp̃i posuit se in brachio crucis: sed a xp̃o captꝰ fuit ⁊ ligatꝰ i inferno vsq̃ in finẽ mũdi. Hoc dicit expresse Beda sup Thobiam. ca. vj. vbi dicitur q̃ Thobias exiuit vt lauaret pedes suos: ⁊ ecce piscis immanis exiuit ad deuorandũ eũ. Sed apprehẽdit branciã eius et attraxit eum in siccũ ⁊c. Et exponit ipse de morte christi: quia tunc xp̃s lauit pedes peccatorũ et exiuit piscis immanis sc̃z diabolꝰ hz apprehendit branciã eius potestatẽ pristinam diripiendo. De hoc dicit xp̃s. Venit enim princeps mũdi hui⁹ ⁊ in me nõ

habet quicq̃. Jo. xliij. Ex hoc habeꝫ doctrina clara q̃ diabolꝰ venit in morte cuiuslibet. Ab hoc fuit exẽpta sola ꝑgo maria de gr̃a spũli: ideo xp̃s mittit in morte angelũ bonũ. Jdeo dicit. Ecce ego mittã angelũ meũ qui precedat te: sc̃z egredientem de corpore: qui ponit se ad dexteram persona aũt si sit bona ⁊ perfecta: statim sentit ibi presentiã boni angeli: lz ipm nõ videat: qr caro ipedit: sed aia a carne separata statim videt ipm ⁊ cognoscit ⁊ angelus malus stat ad sinistrã q̃ reprehendit̃ a bono dicẽs. Quid vis tu hic? Respõdet: spero ⁊c. Jdeo do vobis optimũ ꝓsiliũ faciẽdi orationẽ angelo custodiẽti quolibet die. ꝓ dicti intelligentia nota q̃ dicit sanctus Tho. in. j. parte. q. lxxxix. ar. ij. q̃ aie separate cognoscũt se mutuo et angelos: dines aũt in inferno posit⁹ vidit lazarũ ⁊ abrahã. Et si loquamur de naturali cognitione aie separate: tũc habet perfectã cognitionẽ de alijs aiab⁹ separatis: hz de angelis impfectã ⁊ deficientẽ. Cuius rationẽ sanctus Tho. vbi. s. assignat: qr modus aie separate est infra modum substãtie angelice: sed est cõformis mõ aliarũ aiarũ separatarũ: mõ sic aliq̃d intelligit ꝑm q̃ est in intelligẽte. Est aũt aliquid in altero per moduz eius in quo est: igitur aia separata hz perfectam noticiã de alijs aiabus separatis et imperfectã ⁊ deficientẽ de angelis loquẽdo de cognitione naturali anime separate. de cognitione autez glorie est alia ratio. Et dicit sc̃us Tho. in solutione ad primum q̃ anima separata quodãmõ est liberior ad intelligendũ ꝑ coniũcta. inq̃tum per grauedinẽ et occupationẽ corporis a puritate intelligentie impeditur: et ideo separata cognoscit angelos sed nõ coniuncta. Secũdo dicit. ⁊ custodiat te in via. s. adhinc vsq̃ ad celũ: que est via longissima. Et ꝑm doctrinã cõem demones sunt in media regione aeris: qui erũt ibi vsq̃ ad iudiciũ custodiẽtes passum. qui sunt vt athomi i radio solis. Jdeo aia indiget custodia ⁊ securitate ãgeli boni. De hoc dauid. Angelis suis deus mãdauit de te vt custodiãt te in oĩbus vijs tuis. ne forte offendas ad lapidẽ. i. duriciam maloꝝ spirituũ. ps. xc. ꝓ dicti intelligẽtia nota ꝑm sanctũ Tho. j. parte. q. lxiij. ar. iij. Quo querit vtrũ aer iste sit locus penalis demonũ: q̃ demonibus duplex locus penalis debeat sc̃z aer caliginosus causa exercitandi homines vsq̃ ad diẽ iudicij et infernus rõne culpe et pene. verũ etiã eorũ aliqui nunc in inferno sunt ad torquẽdũ eos quos ad malũ induxerunt: sicut ⁊ alij qui boni angeli sunt cũ animabus sctis in celo. Sed post diem iudicij omnes mali tam homines q̃ angeli in inferno erũt. boni vero in celo. Hec. s. Tho. vbi. s. Tertio dicit. ⁊ introducat ad locũ quẽ preparaui. De quo dicit xp̃s apl̃is. Vado vobis parare locũ. Jo. xiiij. Portarij qui custodiũt portã: sunt michael ꝑ angelis: ⁊ beatus petrꝰ ꝓ oĩbus. Et angelus introducit aias sanctã. Cui fit magnũ gaudiũ in qualibet platea angelorũ. ideo xp̃s dicit. Factũ est vt moreret medicꝰ ⁊ portaretur ab angelis in sinũ abrae. Luce. xvj Nota vt portaret̃ ab angelis. O qualis honor est aie ita coronari a papa iesu. Auctoritas. Sap̃. v. Justi imperpetuũ vi nẽt: ⁊ apud dñm est merces eor: ⁊ cogitatio illorũ apud altissimũ. iõ accipiẽt signũ decoris ⁊ diadema speciei de manu dñi: ergo quod iustũ fuerit dabo vobis. Qñ iustitia magna ẽ ex quo homo se dat ad seruiendũ deo: q̃ ipse det homini suã gloriam. Dico scõo q̃ quidã sunt mali peruerse: sicut illi qui sciunt se tenere malã vitam pleni supbia põpa ⁊ vanitate. Jdẽ de alijs pctis: qui oculis apertis vadunt ad infernũ: ⁊ nolũt cõuerti nec redire ad deũ Tales qñ moriunt in puncto: descendũt ad infernũ tam graue est onus peccatorũ quibus grauant. Job. xxi. Ducunt in bonis dies suos: ⁊ in ꝑncto ad iferna descẽdunt. Ecce quare dicit: quod iustũ fuerit dabo ⁊c. Greg. Ad magnã iustitiã oipotentis dei pertinet vt nũq̃ in alia vita careat supplicio: qui in hac vita noluit carere peccato. Questio. Diceret aliquis non videt iustitia q̃ pro peccato tẽporali vel momẽtaneo homo puniatur eternaliter: sed iustitia esset si tantũ pro quãto. iuxta illud. Pro mẽsura peccati erit ⁊ plagarũ modus. Deut. xxv. Item Apocal. xviij. Quantũ glorificauit se et in delitijs fuit tantũ date illi tormentum ⁊ luctũ. Quomodo ergo erit iustitia q̃ puniãtur sine fine: non est ibi tantũ et quantũ: nũquid sufficeret q̃ si per diẽ peccauit quisq̃ per diem puniat: si per mensem per mensem

il per annū ꝛc. Responsio q̄ illa ratio procedit ex ignorantia vel inaduertētia. supponenti q̄ quando peccator moritur: q̄ peccatū finitur: immo tūc magis in peccato obstinat̄ vel confirmatur. ꝛ quia illa obstinatio durabit eternaliter in peccatore: ideo etiā pena erit eterna. Quādiu anima est coniuncta corpori: recipit cōditiones corporis: ꝛ corp⁹ etiā recipit cōditiones anime. Corpus recipit ab aīa vt loquaꝫ ratiocinet: operet: ambulet ꝛc. q̄ corpus de se nihil hoꝫ posset facere: anima autē recipit a corpore variabilitatē ꝛ mutabilitatē: q̄ sicut corpus mutaꝫ ꝛ alteratur leuiter: sic etiā ꝛ aīa: q̄ bonꝰ hō ꝛ sctūs pōt mutari et effici malus: ꝛ econuerso. Sap. ix. Corpus qđ corrūpitur aggrauat aiam. Sed in morte qñ corpus ꝛ aīa separanꝫ: corp⁹ remanet abvna parte et perdit conditiones quas receperat ab aīa: ꝛ aīa ab alia parte perdit cōditiones quas recepit a corpore ꝛ efficiꝫ inuariabilis ꝛ imutabilis: q̄ nō pōt mutari de gratia ad culpā: nec econuerso. Vñ si aīa dānata posset habere tantā cōtritionē sicut granū sinapis saluareꝫ: ſz impossibile est q̄ est obstinata in malicia et peccato: iō pena erit eterna. Nota q̄ peccatū angeli est irremediabile vt dicit. ſ. Tho. j. parte q. lxiiij. ar. ij. in corpore. Et. ij. dist. vij. q. j. ar. ij. Itē. iij. di. j. q. j. arti. ij. ad secūdum. Itē i de veritate. q. xxiij. ar. x. ꝛ de malo q. xvj. ar. v. Similiter ꝛ peccatū dānatarum animaꝝ est irremediabile. Tres eñ causas obstinationis demonū vbi supra in de veritate assignat. Notat insup sanctus Tho. in de veritate. q. xxiij. arti. vij. in solutione ad sextū q̄ duplex est obstinatio. ſ. fm quid et simpliciter. Prima est in hac vita. Secūda vero i dānatis tm̄. Idē dicit vbi supra. q. xxiij. ar. xj. Itē dānati nō penitēt de malis que fecerūt ratione culpe: sed ratiōe pene. vt dicit sctūs Tho. iij. dist. xiij. q. j. ar. iij. q. iij. Et ideo etiā iusto dei iudicio pena damnatorum erit eterna sine perpetua. Nota ad hoc similitudinē de duobus raptoribus quos dominus vult corrigere ꝛc. Idem de aīa qñ sentit primū ictū pene obstinaꝫ i malicia ꝛc. Apoc. xvi. Estuauerūt homines eſtu magno: et blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas: neq; egerūt penitētiāꝫ darēt illi gloriā.

Ideo christus Mat. xxv. Ibunt hi. ſ. mali et peruersi in ignē eternū: iusti autē in vitam eternā. De quib⁹ dicit scriptura. Eccle. xj. Si ceciderit lignū ad austrum aut ad aquilonē: i quocūq; loco ceciderit: ibi erit lignū siue arbor. ſ. hō. Marci. viij. Video homines velut arbores ambulātes. Primo dicta est flozere per bonas cogitationes. Scō folia facere per bonas verba. Tertio fructus. pducere. De quibus Luce. iij. christus dicit. Facite fructꝰ dignos penitētie. Hec arbor scinditur in morte securi mortis. Mat. iij. Jā enim securis ad radicē arboris posita est. Si ceciderit ad austrū quod significat statum gratie propter caliditatē deuotionis et humilitatē diuine gratie. ibi erit: ſz eternaliter. Si autē ceciderit ad aquilonē: quod significat statū culpe et peccati mortalis. ꝓpter frigiditatē ibi erit. ſ. eternaliter: ergo qđ iustum fuerit dabo vobis. Tertio dico q̄ quidā sunt boni mediocriter quia non est homo q̄ nō peccet. Eccl's. vij. Sed ꝓ tēpore redeūt ad deū: cōterunt de peccatis: sed nō tm̄ quātum magdalena: tamē ex quo fit cōtritio nō est sine gratia gratum faciēte: sed penitentia est parua respectu peccatorū que fecerunt. Tales qñ decedūt nō vadūt statim ad paradisum: quia nō sunt boni perfecte: nec vadūt ad infernū quia nō sunt peruersi: sed descēdunt ad purgatoriū qđ est in corde terre. Ideo quod iustū fuerit dabo vobis dicit christus: quia ibi complent penitentiam. De hoc inquit dauid. ps. x. Cum iustꝰ domino ꝛ iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Nota equitatē. ſ. culpe ꝛ pene ꝛ econuerso. Et completa ibi penitētia ascendūt ad celum. Nota similitudinem de argentario q̄ nunq; ponit in opere aurum et argētum nisi fuerit primo purificatum in fornello. Sic deus optimus argentarius nunq; ponit in opere paradisi aurū nec argentū: ſz christianos qui dicūtur aurū ꝓpter gratiā charitatis quā habent et argētum ꝓpter claritatē fidei: nisi purificenꝫ primo in camino purgatorii. Eccli. ij. Igne purgatur. i. purificatur aurū ꝛ argētū: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Nota receptibiles ſz passiuē recipianꝫ in celo: ex quo in gratia decesserunt. Apostolus. Stadia dei vita eterna. Vel receptibiles actiue

q̄ sunt apti recipere nostra suffragia que inrantū possent a viuis iuuari q̄ minuit tempus ꝛ pena. Sed illi de inferno non sunt receptibiles: nec actiue: nec passiue: quia tanq; membra abscisa ꝛ putrida a corpore ecclesie. Ecclesia eñ est vnū corpus cuius oculi sunt speculatiui. Aures iudices. Nares qui sentiunt odores ꝛ virtutum christi ꝛ sanctoꝝ deuoti. Os sacerdotes qui comedūt sacramēta altaris et loquunt laudes dei. Guttur sunt predicatores quo cibus spiritualis animaꝝ transit ad nos. Brachia defensiua sunt dñi temporales. Uter⁹ diuites mercatores. Tibie pedes tangētes terrā qui sustinēt totū corpus sunt laboratores. Ad rom. xij. Sicut in vno corpore multa mēbra habemus. Oia aūt mēbra nō eundē actum habent: ita multi vnum membrū sumus i christo. singuli aūt alter alteri⁹ mēbra ꝛc. Dic quō quādo dicitur aliqua missa vl' datur elemosyna pro aīa in purgatorio existēte que pro illa est. statim il la aīa sentit refrigeriū ꝛ omnes i purgatorio illi⁹ misse participes efficiunt: et si illa aīa pro qua dicit non indiget: statim reuertitur ad vos meritum ꝛc. Ps. xxxiij. Oratio mea in sinu meo reuertitur. Ziui sentur seculares primo ne in missa faciāt precū ꝛc. Scō vt querant bonos sacerdotes. Hzes. Cuz his q̄ displicet ad interceden dum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Sācta ergo ꝛ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluant. ij. Mach. xij. Dic 2tra illos q̄ non complent testamenta ꝛc. Luce. xviij. Nūquid vindictam faciet deus electoꝝ suoꝝ clamātium ad se die ac nocte: ꝛ patientiā habebit in illis. Dico vobis quia cito faciet vindictā illoꝝ. ꝛ. xij. q. ij. qui oblationes. j. Qui oblatiōes defunctoꝝ aut negant ecclesiis aut difficulter reddunt tanq; egētium necatores ex cōmunicentur. Et. xij. q. ij. qui abstulerit. Qui abstulerit aliquid patri vel matri: dicetq; hoc peccatum non esse: homicidij particeps est.

Dñica in. lxx. Ser. iij.

Oca operarios et redde illis mercedem. Mat thei. xx. Inter oēs dñicas totius anni ista est de maioribus ꝛ sensibili nomine vocatur septuagesima. Ratio: quia mō appropinquat tēpus pnīc. ſ. quadragesima que cōsistit in septē hebdomadis: in qua peccatores facit penitentiā per septē opera penitētialia de septē peccatis mortalibus ꝓ obtinēdis septē donis spūssācti ꝛ septē beatitudinibus paradisi. Ecce quare vocatur septuagesima. Et de euangelio huius erit sermo: sed primo salutetur virgo maria. Uoca operarios ꝛc. In isto enāg. hodierno continenꝫ multa ꝛ magna secreta ꝛ difficultates q̄ nō pōt i vno sermone declarari: ideo primo solū volo declarare puncta principalia q̄ sunt duo: ſz

Primus de vocatione temporali.

Secūs de retributione eternali.

¶ De scō dicit the. Et est ꝟbū dei ꝓfis ad filium eius iesum xp̄m loquētis de iudicio gñali ꝛ dicētis. Uoca operarios ꝛ red de illis mercedē. Dico ꝓmo q̄ ꝓmus pūctus erit de vocatiōe tpali quō deus vocat aliquos ad se per bonā vitā ꝛ pniam in hoc mundo: fm q̄ ipsemet declarat in euāgelio hodierno per talē similitudinē dicens q̄ erat quidā paterfamilias q̄ habebat quādaz notabilē vineā, ꝓpt quam volens ꝟducere operarios surgēs mane et hora prima exiuit in plateā: et ꝟduxit operarios quibus, pmisit singulos denarios argēti: ꝛ misit eos in vineam suam. Egressus circa horā tertiā vidit alios stātes in platea vel foro ociosos: ꝛ illis dixit Ite ꝛ vos in vineā meā: ꝛ quod iustū fuerit dabo vobis. Itez exiit circa sextam et nonā horas ꝛ fecit similiter. Circa ꝟo undecimā horā exiit que est inter vesperas et cōpletoriū ꝛ inuenit alios stantes qb⁹ dixit. Quid statis hic tota die ociosi. Dixerūt ei. Qz nemo nos ꝟduxit. Dixit Ite et vos in vineā meā. Hic ostēditur vocatio tpalis. Sed oportet primo tria declarare antecēs intremus materiam.

Primo qs est iste paterfamilias.

Secundo que est ista vinea.

Tertio q̄ sunt iste hore ꝓma ꝛ tertia ꝛc.

¶ Nota q̄ hoc nomē paterfamilias ē genitiui casus fm declinationē grecā: ꝛ numeri singularis. Iste ergo paterfamilie: ſz xp̄s ē est solus deus q̄ solū xp̄ianis dat hereditatē paradisi. Isto mō nō dicitur p̄ iudeoꝝ: agarenoꝝ ꝛ aliorꝝ infidelium. Ideo nō ꝛ paterfamiliaꝝ. in plura

li:sed paterfamilie.s.xp̃iane quã genuit l baptismo in vtero spõse sue.s.ecclie. Et xp̃ianis tanq̃ filijs dat suã hereditatẽ:q̃ bus dicit ipemet. Oẽs vos fratres estis: vn̄ est em̄ pr̃ vester q̃ in celis est. Matt. xxiij. Vinea hui⁹ patrisfamilie est vita spiritualis sctã ⁊ deuota p ipsum valde dilecta:q̃ habet totvineas quot religiosos:q̃ tenent vineam ⁊ non agrum duplici differentia q̃ est inter agrũ ⁊ vineã. Prima quia vinea indiget maiori cultura q̃ ager: scz vita laicoꝝ. Pro ista vinea dauid orãdo dicebat. Deus virtutũ conuertere respice de celo ⁊ vide:⁊ visita vineã istam: perfice eam quã plantauit dextera tua. ps. lxxix. Nota in his verbis duas differentias. Prima ibi. Deus virtutũ cõuertere:qm̃ multi sunt in vinea religionis q̃ nõ tenẽt vitã spiritualẽ. ꝓpter hoc dicit Deus virtutũ conuertere nos religiosos hunc mũdũ ⁊ aliũ respice de celo ⁊ vide: et visita. s. tãgẽdo corda et quertamur ad seruandũ que vouimus. De illis autẽ q̃ iam seruãt dicit. Et perfice eã quã plãtauit dextera tua:q̃ quelibet persona spiritualis vite plantatur a deo in vinea vite spũalis. Scõa differẽtia que est inter agrum ⁊ vineã est:qm̃ vinea indiget clausura parietis:ager nõ. Sic etiã vinea spiritualis vite clausa dz esse:non curare de negocijs secl̃arij:nec de administrationibus vel familiaritatibus:alis tpe videmiarũ id est mortis nõ inuenient racemi bonorum operum siue meritoꝝ. Ideo xp̃s loquens de se dicit. Hõ quidã erat paterfamilias q̃ plantauit vineã ⁊ sepẽ. i. bardicam circundedit ei. Mat. xxi. q. alis vita spũalis sine clausura nõ põt conseruari. Ideo dauid loquẽs de illis qui nimis curant de negocijs mũdi: dicit. Ut quid destruxisti maceriã ei⁹. i. bardicam: ⁊ vindemiant eã oẽs qui pretergrediũtur viam. ps. lxxix. Modo videdũ est que hore sũt iste in quibus paterfamilias vocat gentes ad vineã spiritualis vite: ad quã vocantur ad quinq̃ horas. s. primã: tertiã sextã ⁊c. in quinq̃ etatibus. Hora prima hois est infantia siue puericia. Qui ergo iã in puericia incipiunt seruire deo ostẽtur ⁊c. tales vocanꝫ hora prima ad vineã spiritualis vite. Hora tertia est secũda etas. s. adolescẽtia: a quindecim annis vsq̃ ad vigesimũ quintũ. Hac horaꝫ canꝫ q̃ in ea etate incipiũt bonã vitã. Pa-

ra sexta qui in iuuẽtute. Hora nona qui in senectute. Hora vndecima qui in etate decrepita. Dicũt O miser senex sum ⁊ nullum bonũ feci ⁊c. adhuc recipitur a dño: quasi diceret de malis seruitoribus: opz recipe ⁊c. Ecce qualiter in quinq̃ horis siue etatibus hoim deus vocat gẽtes ad vineã spũalis vite. Autoritas. Deus ois gratie. s. dator qui vocauit nos in eternã suã gloriã in xp̃o. s. Pet. v. Si querat in qua istaꝝ etatũ est melius vocari ⁊ puerati ad deũ ⁊ incipe vitã spũalem. Ad hãc questionẽ rñdet Hieremias di. Bonum est viro cũ portauerit iugũ ab adolescentia sua. Thren. iij. Nota qũo parẽtes debent nutrire filios. ¶ Diri scõo q̃ scõus punctus esset de nocturna eternali qũo deus dabit vnicuiq̃ sm̃ qõ meretur per institiã: dicente deo patre ad filium. Voca operarios ⁊ redde illis mercedez quod ostenditur in euangelio cum dicit. Cum sero aũt factũ esset: dixit dñs vinee pcuratori suo. Sero intelligitur dies iudicij. Ratio: quia sicut sero est finis diei: sic dies iudicij erit in fine mũdi cito ⁊ breuiter. Tunc nullus viuens remanebit in mundo. q̃ oẽs morient ⁊ per ignem comburentur: ⁊ statim post erit iudicium. Ad heb. ix. Statutum est omnibus hominibus semel mori: ⁊ post hoc iudicium. In isto sero dicit iudicij dñs vinee. s. xp̃s ver⁹ deus ⁊ homo vocabit procuratorẽ suum scz michaelẽ qui ex precepto xp̃i pcurat hanc vineã ⁊ custodit. Ecce michael venit de principib⁹ primus venit in aduentu meũ. Dan. x. Tũc dicet iesus sibi. Voca operarios ⁊ redde illis mercedẽ. s. nũcia tiue: quia deus reddet mercedẽ premiatiue. Hec vocatio erit vniuersalis citatio que fiet per michaelem q̃ voce terribili clamabit. Surgite mortui venite ad iudicium. Que vocatio dicitur tuba propter terribilitatẽ vocis que audietur in celo: in inferno: in purgatorio: ⁊ in limbo patrũ. Et statim oẽs anime tam bonorũ q̃ malorũ veniẽt: ⁊ qualibet resumet suum corpus virtute diuina: licet fuerit combustum vel a bestijs deuoratũ. Boni autem cũ magno gaudio suo assument corpora sua sicut sponsa accipit vestẽ preciosam a suo sponso sibi missam: ⁊ cantãdo dicent. Gaudẽs gaudebo i dño: ⁊ exultabit anima mea in deo meo: quia induit me vestimentis salutis ⁊ indumẽto iustitie ⁊ circũdedit me quasi sponsum decoratũ corona: ⁊ quasi sponsam ornatã monilibus suis. Esa. lxj. Dãnati etiam tũc exiẽt de inferno: licz magis vellent ibi remanere quia nõ habent captionẽ latã: sed anima restringetur in corpore fetido: ⁊ ignito ac si aliquis indueretur tunica ferrea ignita. Ueniẽt etiã oẽs pueri qui sunt in limbo: ⁊ suscitabũtur in etate triginta annorum: ⁊ oẽs cognoscem⁹ eos. Ecce hec est vocatio vniuersalis ad eternã retributionem. Autoritas. Tũc mittet filius hois angelos suos cũ tuba ⁊ voce magna: ⁊ cõgregabunt electos suos a quatuor ventis a summis celoꝝ vsq̃ ad terminos eorum. Math. xxiij. Nota cuz tuba ⁊ voce magna a quatuor vẽtis celi: q̃ tũc resurgent quatuor ẽditiones defunctorum: scz beati de paradiso: ⁊ dãnati de inferno: illi de purgatorio ⁊ pueri de limbo. Quã tũ ad scõm retributio mercedis erit qñ xp̃s dicet bonis qui erũt a dextris seu ad dexteram. Uenite bñdicti patris mei percipite paratũ vobis regnũ a cõstitutione mũdi. Esurini ⁊ ddistis mihi mãducare. sitiui ⁊ dedistis mihi bibere ⁊c. Mat. xxv. Tunc boni flexis genibus xp̃o regratiãdo dicent. Gloria tibi dñe ⁊c. Qui virtute glorieel diuina ascendent cum xp̃o ⁊ virgine maria ⁊c. Osculãtes manꝰ xp̃i et virginis marie. Ecce mercedez quam expectamus si tenemus bonam vitam: et eternaliter erimus in illo honore ⁊ glia sine alicuius defectu. Deinde dabit salarium: sed penam dolorosam magis q̃ salarium malis qui erunt a sinistris cũ vultu facie terribili dicens. Discedite a me maledicti in ignem eternũ qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius ⁊c. Mat. xxv. Quia noluistis viuere sm̃ eas ordinationes sed sm̃ vestras inclinatiões. Ego precepi humilitatem ⁊ vos fuistis superbi: et sic de alijs. Ideo inferne aperi os tuum ⁊ degluti omnes impios istos. Dic quomodo infernus absorbebit eos illa pena. Ideo anise: q̃ non dico centesimã partem pene. Ideo quertimini ⁊ faciatis penitentiam. Operamini opus vestrum ante tps ⁊ dabit vobis mercedez in tempore suo. Eccli. vlti. Deo gratias.

¶ Dñica in septuagesima. Sermo. iij.

parentes vel per valentā siue adiutoriū. Et qñ dr eis q̄ faciant pacē:dicunt. Non facerē nisi amici mei vel illi de mea valēta siue adiutorio facerēt. Bonū est requirere eos q̄ faciant pacē:al's colligat⁹ cū deo. Et si eis feci⁹ iuramentū de valēta siue adiutorio:nō est seruandū:qr est cōtra charitatē. Ideo dr in plurali. Dissolue colligatiōes. Secūdo solue fasciculos depumentes.s.odiū quod quilibet tenet in corde:& hoc est ieiuniū qđ elegit. Patz ergo prima pars. Ecce quare dicit Attēdite. Dico secūdo q̄ xps ostēdit ne iustitia ꝓpialis fiat corā hoibus de abundantia tpali q̄ fit per restitutiones & elemosinas. Et hoc ostēdit xps in.ij. parte euangelij. Mat.vj. cū dicit. Cū facis elemosinas:noli tuba canere ante te:sicut ypocrite faciāt &c. que sequunt: vide in cuāsel.&c. vsq; huc. Reddet tibi. ꝓ declaratione huiꝰ textus. Nota quō antiquitus iudei:rabini:& pharisei non curabant de gloria celesti sz de gloria tpali & terrestri ideo quicquid faciebant:totum faciebāt solū coram hoibus. Et qñ debebāt dare elemosinas:primo prēconizabāt per ciuitatem &c. & ipi sequebant prēconē vt a populo audirent laudes dicēdo. O q̄ plus est iste:& delectabāt in istis laudibꝰ:ecce vana gloria:ideo de ipis dicit xps. Amē dico vobis:receperunt mercedē suā. Sic perditur illud magnū salarium qđ deus promittit personis misericordie dicendo Beati misericordes:qm̄ ipsi miam consequentur. Mat.v. Qñ aia q̄ ex vana gloria fecit elemosinam vel alia bona:venit ad iudiciū corā xpo:statim remittit ipsa ad infernū:dicēdo q̄ iam hic recepit mercedez suā. Si dicat ergo quē modū tenebimus in dando elemosinas. Hoc ostendit xps dicēdo. Te autē faciente elemosinam:nesciat sinistra tua qđ faciat dextera tua. Nota hic tres morales expositiones. Prima. Manus dicunt diuitie tēporales. Ratio: quia sicut manibꝰ facimus oia opera. Unde dicit phūs q̄ manus est organū organoꝝ:ita cum diuitijs homo facit oia negocia. Man⁹ dextera est pecunia de bono iusto cōgregata sz de laboribus propijs vel possessionibꝰ acquisita Manus sinistra est pecunia de malo siue iniuste acquisita vel cōgregata.s. de furto:vsura:rapina:simonia:& similibꝰ. Uñ circa hoc Salomon. Leua eius sub capite meo:et dextera illius amplexabit me. Can.ij. De sinistra aūt dr fieri restitutio & de dextera facienda est elemosina. Ideo dicit. Te aūt faciēte elemosinā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua &c. Ideo do vobis vtile consiliū q̄ in taxia vestra sine bursa faciatis medium:& pecunia de bono iusto ponat in vna parte:& de malo iusto ponat in alia parte: qr qñ simul ponit restitutio oblimoni traditur:& per illud medū reducit ad memoriā:et tunc sciatis de qua manu facitis elemosinam et de qua restitutionē. Et ꝑm istū intellectū dicebat Thobias filio suo. Fili mi de substātia tua nō aliena fac elemosinā: et noli auertere faciē tuā ab vllo paupere: ita eñ fiet vt nec a te auertat faciem dñi. Tho.iiij. Secunda expositio est ex parte intētionis dandi elemosinā. Dicitur manus dextera qñ intētio est recta. Quādo elemosina dat solo amore et honore dei qui nobis fecit tot elemosinas:sz creando:prouidēdo: & thesauro sui sanguinis redimēdo. Ista intētio dr manꝰ dextera. Uel cogitādo. Dabo mō istā elemosinā: vt qñ ego petā elemosinā ad portā paradisi deꝰ det mihi vnū trusteū glie sue. Ista est ergo intētio recta. Caue ergo ne sinistra intentione. s. laudis vel vane glie facias elemosinā. Nesciat sinistra tua. s. intentione vane glorie. Multa eñ opera & magna perdunt sinistra intētione. Tertia expositio modus dādi elemosinā qui pōt esse bonus vel malus:dr esse manus dextra vel sinistra. Bonus modus dandi elemosinā est qñ elemosina que est opus pietatis dat cū pictate:benignitate:et ex pura charitate tūc eñ dat cū dextra. Qñ vero malo mō sit dat vt panis canī:vl' qr fingunt se non audire pauperē vel cū indignatione ex importunitate petētis:tunc datur in sinistra. Ideo dicit textus. Te aūt faciente elemosinā &c. Ideo seruandū est consilium apostoli dicentis. Unusquisq; prout destinauit in corde suo. s. dare elemosinā:nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē eñ datorē diligit deus. ij. Cor. ix Nota practicē qñ vadit aliquis ad ecclesiam:vt portet in manu qđ ꝓposuit dare amore dei. Ecce quare dicit Te aūt faciēte elemosinā:nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Et seruatur consiliū the

matis.s.Attēdite ne iustitiā vestrā faciatis coꝝ hoibus. ¶ Dico tertio q̄ in parte tertia euāgelij xp̄s dn̄s noster ostēdit facere iustitiā penitētialē de ḡa rationali non coꝝ hoibus:sed secrete. Cum oratis non critis sicut hypocriteq̄ reddet tibi. Dicatur modus orandi antiquorū hypocritaꝝ in synagogis:vicis: ⁊ in angulis plateaꝝ vbi gētes conueniebāt vt viderentur:qui cum magnis suspirijs et gestibus orabāt vt laudarent. O de istis benedictis de quibus dicit xp̄s in euāgelio. Amen dico vobis:receperūt mercedē suā. O stulti q̄ tam preciosum iocale: vt est oratio dabāt pro tā modico ⁊ vili precio. Ideo xp̄s ostēdit modū orandi dicēs Tu autē cum oraueris intra in cubiculū tuū:⁊ clauso ostio ora patrē in abscōdito et pater tuus qui videt in abscōdito reddet tibi. Nota intra cubiculū tuū. Sz circa hoc posset aliq̄s dicere:ergo nō est oādum in tēplo vel in ecclesijs. Respōsio q̄ hoc intelligitur dupliciter. Primo mō cōsciētia dicitur cubiculū secretū:⁊ ista oratio fiat in ecclesijs.s. nō clamādo nec magnos faciendo gest⁹ vt videamini ne alij perturbentur:sed claudēdo ostium sez secrete orādo. Et hoc debet intelligi de orationibus que fiūt in publico seu cōi. De alijs orationibus particularibus ⁊ ceteris dz se homo claudere in camera. sic intelligitur textus. Sed posset hic aliquis arguere dicēs. Videt q̄ dn̄s noster in doctrina sua sit sibīpsi cōtrarius. Quia dicit in euāgelio hodierno. Attēdite ne iustitiā vestrā faciatis coꝝ hoibus ⁊c. Et i alio loco dicit. Sic luceat lux vestra coꝝ hoibus vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrū qui in celis est. Mat.v. Videt hic contrarietas. Rñsio q̄ nō est ibi cōtrarietas:ꝙ audi declarationem. Xp̄s cū sit dn̄s ⁊ magister vniuersalis dabat doctrinā hoibus taz perfectis pſonis q̄ etiā imperfectis. Qz habebant alios instruere ⁊ informare invita spūali ⁊ doctrina dicebat. Vos estis lux mundi Et loquebatur apostolis et aliis pſonis perfectis quib⁹ ventus adulationis non nocuit. Ideo ait. Sic luceat lux vestra.s. opera vestra ⁊ catholica doctrina coram hominib⁹ vt videāt ⁊c. ac si dirisset. Portate litteram regiam.i. doctrinā euangelicam sub sigillo bonevite:vt quilibet discat pro certo iste seruat qđ predicat:quia alꝫ non creditur sibi. Sed imperfectis et inchoātibus bonā vitam quibus vētus laudis posset nocere dicit. Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ⁊c. Hec questio fuit semel facta beato Anthonio: q̄ eā declarauit isto modo. Sicut magnus ignis nō extinguit ventus: immo potius etiā accenditur: sed modicum lumen modico vento extinguitur. Sic etiā magnus ignis ardētis deuotionis ⁊ charitatis est in corpore perfectoꝝ sed modicus in imperfectis: ideo statim extinguit modico vēto laudis:sed in perfectis magis accenditur ⁊ augmentatur Et nota de magno honore facto btō petro cum veniret Anthiochiā. et de beato Joanne de exilio redeunte: et de beato Paulo in Galacia:vt patet ad Gal.iiij.

¶ Feria.vj.post diē cinerū. Sermo.ij.

Anūcia populo meo sceleꝛa coꝝ Ysa lviij.⁊ i epistola hodierna. In presenti sermone. volo vobis ostendere ⁊ declarare aliqua gratia pctā ꝓpter que deest irat⁹ cōtra nos. Jō mittit istas tribulationes pestilētiaꝝ ⁊ mortalitatū p mūdum. Ut ergo ista pctā corrigant ⁊ cesset ista plaga:volo nunc ista pctā declarare. Sed p̄mo salutet̄ virgo maria. Annūcia populo meo ⁊c. pro hui⁹ vbi declaratione ⁊ materie pdicande introductione sciē dum q̄ defectus ⁊ vitia ⁊ peccata nostra in sacra scriptura nominant diuersimode. Unde defectus qui fiunt cōtra proximū immediate ⁊ de directo: vt furari ipz diffamare:vulnerare seu occidere dicunt iniquitates.i. nō equitates: q̄ ibi nō seruatur equitas a deo nobis data dicente Diliges proximū tuū sicut teipm. Mat. xxij. Alij defectus fiūt immediate ⁊ de directo ꝓtra coꝛp⁹: sicut nimis comedere ⁊ bibere:inebriari ⁊ hmōi. Jō dicit scriptura. Propter crapulā multi obierunt: qui abstinens est adūciet vitā. Eccle. xxxvij. Itē luxuria est cōtra corpus. Apostolus Omne pctū quodcunq̄ fecerit hō extra corpus est:q̄ autē fornicat:in corpus suū peccat.s.ad Coꝛ.vj. Itē pctm accidie est cōtra coꝛp⁹ ad instar enſis gladij seu ferri quod rubiginatur q̄n nō seruit:idē est de corpore:ideo laborate modo ordiato ⁊c. isti defectus dicūtur ꝓprie pctā. i. peccꝛ acta fm ethymologiā:q̄ comedere bibere luxuriari:⁊ ociari:sunt acta peccādum. Alij defect⁹ sunt qui fiūt immediate ⁊ de directo cōtra alaz qui nō tangunt ꝓximū nec corpus vt presumptio superbia:que solū tangūt aiam:⁊ etiam vana gloria:hypocrisis:ira:inuidia:odiū:malicia:mala desideria:male cogitationes: desideriꝫ vindicte:nō sunt nisi venenū q̄ occidunt aiam exp̄llūt gratiā dei que est aie vita. Ezc.xviij. Aia que peccauerit ipa morietꝫ. Ista ꝓprie dicunt delicta quasi derelicta:qz aia dz diligēter custodiri ⁊ cōseruari ab̄ reliquia p̄ciosissima. Alia sunt q̄ immediate ⁊ de directo fiūt ꝓtra deū que sunt alijs maiora ⁊ grauiora:sicut iurare:renegare:blasphemare ⁊ hmōi. Et ista dicunt ꝓprie scelera. ꝙ ergo differentia que est inꝰ defect⁹:vitia ⁊ pctā stricte loquēdo. Autoritas. Job peccās veniā a deo dicebat. Quātas habeo iniquitates ⁊ pctā:scelera mea atq̄ delicta ostēde mihi. Job.xiij. Mō ostēde mihi q̄ ad petōz correctionē necessaria sunt qz regrit ipsoz cognitio ⁊ tūc sequit correctio. De peccatis q̄ fiunt singulariter contra deū:loquit thema p̄dicatoꝛi dicens. Annuncia pp̄lo meo supple tu p̄dicator sceleꝛa coꝛ: nō dicit iniquitates nec peccata nec delicta ꝛ sint etiā annūciāda et corrigēda:ꝛ scelera:ideo iurta p̄ceptum dei mō volo vobis ōclarare ⁊ nūciare peccata que fiunt cōtra deum ex quibus venit iste tribulationes. Quā annūciationem faciam per quādam figurā que habetur Ezech.vij. Ubi legitur q̄ in terra iuda ⁊ in ciuitate hierusalē venit magna tribulatio mortalitatis ⁊ pestilentie:ꝓpulus orabat deū vt ipsos iuuaret et tribulatio augmētabatur. De quo prophe ta dolens ⁊ admirās plangens populuz orando dicebat. O dn̄e ⁊ quare dat̄ tot mala populo vestro. Tūc deus volēs revelare ꝓphete rationez ⁊ causam subito portauit eū in hierusalem vt videret peccata que ibi fiebāt contra deū. Et posuit ipsum in porta ciuitatis dicens. Respice. Et ꝓpheta respexit:⁊ vidit ibi idolū zeli ad prouocandū iram dei. Et omnes gentes recurrebant ad idolū. Cui dixit deꝰ.

Fili hois vides quid faciunt isti. Et ꝓpheta. O dn̄e quale peccatum istud iuste fit vt veniant tot mala. Nō dixit deꝰ: q̄ adhuc ostēdam tibi alia. Et duxit eū ad vnā magnā plateam ciuitatis muratam in circuitu. Et dixit sibi. Fode parietē:et vide abominationes quas isti faciunt. Qui fodit ⁊ vidit ibi diuersas imagines bestiaꝝ pictas q̄bus senes ciuitatis dabant incēsuz. Et dixit ꝓpheta. O dn̄e nō mirū si mittit⁹ mala ⁊c. Postea duxit euz ad aliaz plateā ⁊ ibi vidit mulieres plorātes ⁊ plāgentes adoniden fm poctas deuz amoris. O dn̄e dixit propheta quale peccatū nec⁹ mirū ⁊c. Adhuc dixit deꝰ ostendam tibi amplius. Et duxit eū ad plateam tēpli dicens. Respice. Et ibi vidit gentes vertentes dorsum templo dei adorantes ad orientem. Et dixit prophe ta. O domine tam magnum peccatum. Tūc dixit sibi deus. Er his peccatz ego faciam supple vindictam in furore meo: nec parcet oculꝰ meꝰ:nec miserebor ⁊ cū clamauerint ad aures meas voce magna nō exaudiam eos. Ezechiel.viij. In qua figura deus ostendit prophete quatuor sceleꝛa seu peccata que fiebant contra deum. Que significāt ⁊ figurant quatuor peccata grauia q̄ fiūt modo in mundo contra deum immediate ⁊ de directo. Er quib⁹ veniunt ista mala. Et nos clamamus ad deū ⁊ ipse claudit scilicet aures. Ideo dicit. Annūcia populo ⁊c. Hec ciuitas est xp̄ianitas a dño iesu christo fundata ⁊ edificata magnis laboribus ⁊ multis priuilegijs ⁊ gratijs dotata. De qua dauid in ps.lxxxvj. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Porta huiꝰ est baptismus:nec aliquis potest esse ciuis seu habitator huius ciuitatis:nisi intret per portam huius baptismi. Hec porta dn̄i: sez actiue ⁊ passiue:iusti intrabunt in eā. Et ibi datur fides xp̄o ⁊ abrenūciat diabolo ⁊ pompis eius. Dic modū baptizādi. Sed hic ponitur idolum zeli qñ ꝙ fidez xp̄o ꝓmissam in nostris necessitatib⁹ recurrim⁹ ad diabolū vel ꝓ sanitate habēda:vel ꝓ re perdita ad inueniendū vel ꝓ filijs habēdis vl si estis malefici statim vaditis ad idolū. i. diuinū in quo est diabolus:cū quo diuinus facit sua opa. Ecce idolū zeli ad prouocandū iram dei: qz rex indignaret̄ur si aliq̄s iret per cimi

tatem subtrahēdo sibi pplm ⁊ trahendo ad suū inimicū. Quid faceret rex ⁊tra illum ⁊ ⁊tra villā hoc facientē ⁊ ipm suſtinentē tanꝯ pditorē ⁊ daret ipm ad furcā. Ita facit diuinus ⁊tra regē xpm cui subtrahit pplm ⁊ trahit ipm ad diabolū. Jō corripiamur ꝛc. Dic quō in oibus suis necessitatibꝰ q̄libet bonꝰ xpianus ꝺz recurrere ad xpm qui sanat oēs infirmitates: q⁊ diabolus nō pōt aliquē curare veraciter sanādo: ſz a lesione ceſſando: vt legit in hiſtoria beati bartholomei. Jdeo in sacra ſcriptura precepit deus dicēs. Uir siue mulier in quibus phitonicus vel diuinationibus fuerit spūs morte morianꝫ: lapidibus obruēt eos. Leui. xx. Et quare oīs populus lapidabit. nūquid ſufficeret vt cōbuereꝛ vel ſuſpenderet ꝛc. Reſpōdeo q⁊ diuinus oibus nocet: q⁊ puocat iram dei: ideo voluit deꝰ q̄ nō ab vno ſolo homine: ſed a toto populo occideret. Jdeo q̄ in vna villa vel patria ſuſtinet vnus diuinus ex illo peccato deꝰ mittit tribulationes vel inūdationes aquaꝝ: vt ptz de abyſſo diluuij ꝛc. vel mortalitates: vt de rege Saul q̄ recurrit ad phitoniſſam in endor: ppt q̄ mortuus fuit ipſe ⁊ perdidit regnū pro ſeꝛ ſnis. ſ. Paral. x. Mortuus ē Saul ꝓpter iniquitates ſuas: eo q̄ p̄uaricatus ſit mādatū dñi quod preceperat⁊ nō cuſtodierit illud: ſed inſuper etiā phitoniſſam cōſuluerit: nec ſperauerit in dño: ꝓpter quod interfecit eū: ⁊trāſtulit regnū eius ad dauid filiū yſai. Uel ſi ſit diuiſio ꝓpter regimē. Dic quō illō idolū ſignificat domū ꝑſilij: Nota quia deꝰ p̄cepit antiquitus moyſi q̄ domus conſilij eſſet in porta ciuitatis vt foreſes poſſent eā ſtatiꝫ inuenire. Quequidē domus eſt idolum zeli ad puocandū emulationes ſeu inuidias. O quot inuidie ⁊ emulationes ⁊ zeloꝛipte ſunt in hac villa ex illo idolo quod oēs adorāt. Dicit vn̄ O ille fuit cōſiliarius ⁊ ego nō fui q̄ ſum de melioꝛi gñe ꝛc. Omnes laborāt vt habeant regimen. Ex quo ſequuntur multa mala: inuidie: deſtructiones ꝛmunitatis ⁊ rancores. Ecce dānatio animarum propē multa peccata que ibi concurrūt. Primū eſt periurium quod eſt maiꝰ peccatum q̄ homicidium vt dicūt theologi. Et quando intrant in regimen iurant q̄ p̄curabūt bonum cōmunitatis fideliter: et q̄ corrigent peccata notoria: ⁊ nihil faciunt: ideo ſunt periuri. Scōm peccatuꝫ eſt furtū: q⁊ multa ex ambitione regiminis expēdūt. Et q̄ ſunt intus volunt recuperare: ideo furanꝫ a cōitate quicquid poſſunt: q̄ eſt maius peccatum ⁊ maius furtum: q̄ ſi reciperēt furtiue a perſona particulari: q⁊ magis tenenꝫ diligere bonum cōitatis q̄ particularis pſone. Tertiū petiſ eſt dānum ⁊ reſtitutio cōitatis. Nota ſimilitudinē de naui que ire debꝫ vltra mare. Et pſone tenent cōſiliū quis erit patronus nauis: ⁊ quis nauta: ⁊ qui marinarij ꝛc. Sic in ꝓpoſito magna nauis triū cooperturaꝝ eſt cōitas. Prima coopertura ſecreta ſunt religioſi i monaſterijs abſconditi. Scōa eſt clericoꝝ vbi ſunt merces ſacramētoꝝ. Tertia ꝺo vbi ſit exercitiū eſt laicoꝝ. In qua oꝑz ponere patronū. ſ. vicariū ſeu nautā ſubuicariū ⁊ marinarios. ſ. maturos. Jdeo in cōſilio quilibet ꝺz attēdere ⁊ reſpicere cōitatē ⁊ nō conſanguinitatē nec amicitiā vel partem: ſz vtilitatē ville: alꝫ adorāt idolum. Jdeo neq̄ mirū ſi deus mittit iſta ⁊ ducit ſecū filios veſtros. Jdē faciet de vobis niſi vos corrigatis ꝛc. Scōz peccatū q̄ oſtendit deus ꝓphete in platea ciuitatis fuit de imaginibus ⁊ de illis qui dabant eis incēſum. Hoc petiſ ſignificat ludum taxilloꝝ. Quid ſunt aliud taxilli q̄ imagines beſtiaꝝ depicte: dbꝰ maiores et ſeniores dant incenſum. Antiquitꝰ ſolum ludebant ribaldi ⁊ lenones ꝛc. Sed mō maiores ville ſine aliqua verecūdia ponūt ſe ad ludendū ibi cum ribaldis: ⁊ emittūt incēſum verſus celū: ſcz blaſphemiarum ℈ deū ⁊ virginem mariā ꝛc. Ex quo peccato veniūt multa mala ⁊ plaga mortalitatum. Autoꝛitas. Uir multū iurans implebitur iniquitate: ⁊ non diſcedet a domo illius plaga. Eccli. xxiij. Jdē de villa in qua deus notorie blaſphematur a qua nō recedet plaga. Nota penā blaſphemantiū. Leui. xxiij. Nota etiam hiſtoriā ꝺ illo ſctō qui iuxta altare dei vidit altare diaboli vbi gētes ꝓſiuebāt ꝛc. Dicunt quidā ſi ammouet ludus perdemus impoſitionē ſine lucrū ꝛc. Sz melioꝰ eſt perdere impoſitiōes q̄ corpoꝝ ⁊ aiam ⁊ bona tpalia per tempeſtates: ideo prouideatur ꝛc. Tertiū peccatū quod deus oſtēdit prophete fuit de mulieribus plā

gentibꝰ adonidē ꝛc. Hoc ſignificat petiſ mulierū que mō plangunt ⁊ ploꝛant q̄ perdūt filiū vel filiam dilectam dicentes multa verba ſtulta ℈ deum: cum tū debe rent letari. Nunquid gauderetis ſi rex tranſiens per iſtā villā reciperet in curiā ſuā filiū veſtrū ⁊ faceret ipz magnū dñm Jdem de regina que reciperet filiam veſtram ꝛc. Sic modo rex xps ſeu papa ieſus tranſit ꝑ villam ⁊ recipit in curiā ſuā filiū veſtrū innocentē ⁊ bonū: vt ipm faciat magnū dñm maioꝛē q̄ ſit hic rex vel papa. De hoc q̄ ploꝛatis vos. Jō aplus Nolumus vos ignoꝛare de dormientibꝰ vt non ꝛtriſtemini ſicut ceteri qui ſpem nō habent. j. Theſ. iiij. Sed nō ploꝛatis nec plāgitis morte aiaꝝ filioꝝ adultoꝝ: qui dant ſe peccatis blaſphemie: luxurie ꝛc. qui rectaviavadūt ad infernū ⁊ nō curatis. Jdeo poteſtvobis dicere filius veſter q̄ moꝛitur. Nolite fiere ſup me ſed ſuper vos flete ⁊ ſuper filios veſtros. ſcz adultos. Lu. xxiij. Quartū peccatū fuit illoꝝ qui verterunt doꝛſum ad templū: ⁊ adoꝛabant ad oꝛientē. Ecce hic peccatuꝫ de fractione feſtiuitatū: q̄ gentes deſpiciunt p̄cepta ⁊ ordinationes eccleſie tūc vertunt doꝛſum ad templū dei: ⁊ adoꝛauerūt ad oꝛientē: ℈ q̄ dicit dauid. Oꝛtus eſt ſol ⁊ exibit homo ad opationem ſuā. Quādo ergo gētes nō ſeruant feſta ſed faciūt negocia in foꝛis ⁊ feꝛijs ꝛc. tūc vertunt doꝛſum templo ⁊ adoꝛāt ad oꝛiētem: cū tū deus optime diuiſit tempus: quod totū curꝛit in ſeptē diebus ⁊ dedit nobis ſex dies ad laboꝛandū ⁊ vos vertitis vos ad oꝛientē. ſ. oꝛto ſole vaditis ad agꝝ veſtrū: vineꝫ: fotū ſeu feꝛiā. Septimū diē deus retinuit ſibi. ſ. dñicaz: ⁊ vult q̄ illa die vertamus faciem ad templum ⁊ doꝛſum ad oꝛientem. Et vos facitis op poſitū: q⁊ q̄n oꝛ miſſa in q̄ oēs tenemini eſſe quidā ſtant in platea ꝛc. quidā inviteis: quidā in lupanari: quidā in taberna ꝛc. O dicit deus ⁊ vos aufertis mihi tps meū: ideo ego auferāvobis tpus veſtrum. Jſta ratione veniūt mortalitates: q⁊ ille qui debebat viuere quadraginta vel ſexaginta ānis moꝛiet cras: ⁊ ideo dicit ipſe. Cū accepo tps ego iuſtitias iudicabo. ps. lxxiij. Ecce hic petā que fiūt cōtra deū ꝓpter que veniūt iſte tribulationes ⁊ mala: ideo corrigaꝫ q̄ bonas ordinationes: ⁊ deus iuuabit: alꝫ ecce quid dicit. Cū multiplicaueritis oratiōnē veſtram non exaudiam. Eſa. j.

¶ Sabbato poſt diē cineꝝ. Sermo. ſ.



Scēdit ad cos in nauim ⁊ ceſſauit vētus mat. vj. Poſtq̄ xps multa mirabiliafecerat i terra: fecit ⁊ in mari q⁊ oñ dīt ab oib⁹ euāgeliſtis: vt oñderet ſe eſſe dñm nō ſolū terre: ſz etiā maꝛ. Dicaꝫ breuiꝫ hiſtoria euāgelij. mō vt intremꝰ ſecreta: opz loqui de tribus.

Et primo de iſta naui poſita in tā magna ⁊ valida fortuna.

Scōo de hoꝛa quavenit illa fortuna.

Tertio de bono aduētus trāquillitate ex p̄ſentia q̄n ipſe intrauit nauem: et de iſto tertio loquitur thema.

¶ Quantū ad primū ſciendū q̄ ſm oēs doctoꝛes ⁊ gl. nauis illa in tā magno periculo poſita ſigt eccleſiā militātē dupliciꝝ rōne. Prima rō ex officio. Rō: q⁊ ſicut nauis poꝛtat ꝑſonas ⁊ merces deuno loco ad aliū: ſic etiā eccliа. Et qui nō naui̇gant cū iſta naui oēs pereunt ſicut tpe noe pierūt oēs q̄ extra arcam inuēti fuerunt. Ecce offiū huiꝰ nauis. iō Salomon ad literā de eccliа dicit. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe poꝛtās panem ſuū. Prouer. vl. Ecce q̄ ꝓpter offiū eccleſia ꝺr nauis vt cōiter dicūt doctoꝛes. Secunda rō ⁊ eſt ſubtiliоꝛ q̄ nauis ſignificat eccleſiā: ⁊ ſi volumꝰ attendere ad formā ſeu figurā nauis q̄ eſt in p̄ncipio: hoc eſt in ꝓꝛa anguſta: in medio lata: ⁊ in fine. ſ. in puppi anguſta. Recte nauis ſignificat eccliaz militantē: q̄ eſt hmōi forme: ⁊ dñs noſter ieſus xps eſt quaſi ꝓꝛa ſiue anteriоꝛ pars nauis vbi ꝓinguntur due tabule. ſ. duo apli: vt petr⁹ ⁊ ādreas qui fuerūt primi apli xpi. deinde vndecim apli. ſ. ad Coꝛ. xv. Deide creuit per lxx. diſcipulos. deinde ꝑ tria milia ꝑſoꝛ. Act. ij. ſic tandē creuit paulatim per totū mundū. Qⁱ in oēm terrā exiuit ſonus coꝛ. ſ. p̄dicationis. ad Ro. x. Sed iā diu eſt q̄ nauis eccleſie anguſtatur ⁊ reſtringit circa finē. Nota hic decē diuiſiones ipſi⁹ chriſtianitatis intīm q̄ dicit xps ieſus filius hominis cum venerit putas ne inueniet fidem in terra. Lu. xviij. ꝓtz

ergo q̄ eccl̄esia militās dicitur nauis nō
solū ꝓpter officium: sed etiaz ꝓpter for
mā ⁊ figurā. Et totū hoc tangitur in dic
ta autoritate. Facta est. s. eccl̄esia mili
tans quasi nauis institoris. Ecce formā
De lōge portās panē suū. s. merces. Ec
ce officiū. Sed agitaꝫ fluctib⁹. Est cū in
magno piculo nauis. s. ventorū. Hoc cla
re potestis videre si vultis cogitare ad
hoc qō dico. Qñ cū vacat vnus magn⁹
ep̄atus: statim reges ⁊ dñi tpales rogāt
ꝓ indignis etiam cum ministi vel mune
re. Unde papa videꝫ q̄ rogāt ꝓ indigno
qui nesciret custodire tres capias: tribu
latur. Itē iamvidetis qualiter ordinatio
nes eccl̄esie seruantur: qz despiciuntur li
bertates ⁊ immunitates eccl̄esiastice frā
gunt. Nā q̄libet reputat se dignū ad ma
iorē mundi ꝓlationē. q̄libet seruat de
ordinatiōibus eccl̄esie, putvult ⁊ sibi plz:
nihil alid. Ecce q̄o nauis est in magnis
periculis. Jā cū verificaꝫ illud qō dicit
Math. xviij. Nauicula aūt i medio mari
iactabāt fluctibus: erat cū contrarius
ventus. Quarta autem vigilia noctis ve
nit ad eos ambulans supra mare. Et vi
dentes eū supra mare ambulātē: turba
ti sunt dicētes: q̄ fantasma est. Et ꝓ ti
more clamauerūt. Statimq; ihesus locut⁹
est eis dicēs. Ego sum nolite timere ⁊c.
Quātū ad scōm videndū est de hora in
q̄ venit illa fortuna. Nā dicit textus. Et
cum sero esset erat nauis in medio mari.
Ipe autez solus erat in terra. Et videns
eos laborantes in remigādo. Erat enim
Ventus eis ventus. Occasus solis facit ve
sperū. Modo videam⁹ in q̄ hora dici su
mus. Dicaꝫ q̄ sicut sol radias sup terrā
facit diē artificialē: ⁊ qñ irradiat valles ⁊
torrētes ⁊ colles adhuc est mane: sed qñ
nō irradiat ꝑtices montiū: nec valles tūc
est sero. Ad ꝓpositum in sacra scriptura
xp̄s dicit sol. Jdeo dicitur virgini marie.
Felix nāq; es sacra ꝑgo maria ⁊ oi lau
de dignissima: q̄ ex te ortus est sol iusti
tie xp̄s de⁹ noster ⁊c. Modo ad cognoscē
dum in qua hora sum⁹ dici. s. durationis
huius mūdi videam⁹ an radij solis. s. xp̄i
irradiant torrētes valles ⁊c. Torrentes
sunt laboratores triplici ratione. Primo
quia sicut torrentes sunt asperi ⁊ petrosi
sic etiā vita laboratorū aspa est ⁊ dura ⁊
petrosa. Secunda ratio est quia torren
tes aliquādo abūdant aquis: aliq̄n nō.
Sic laboratores aliquādo abūdant bo
nis tpalibus aliquādo nō: ex sicitate vel
alis. Tertia ratio est: q̄ sicut torrentes
sunt in inferiori parte terre: sic rustici et
laboratores sunt dejecti: ⁊ omnib⁹ aliis
iferiores intm̄ q̄ pōt dici dictū danielis.
Imminuti sumus plus q̄ oēs gentes: su
musq; humiles in vniuersa terra. Dañ.
ij. Sed mō tā torrētes ⁊ laboratores nō
irradiant sole iesu xp̄i. Antiq̄tus tamen
irradiabant: q̄ erāt deuoti. Nam quoli
bet mane ⁊ sero orabāt vir in vno angulo
et mulier in alio. Nota quomodo primo
se signabant: deinde dicebant. Credo in
deū sciebāt bene Pater noster ⁊ Aue ma
ria: ⁊ decem p̄cepta legis. nā ista est sciē
tia laboratorū. Modo aūt nesciunt se si
gnare: nec sciunt credo in deū nec pater
noster: nec aue maria: nec etiā aliq̄d bo
num: sed bene sciunt sortilegia ⁊ iuratio
nes: ⁊ vanitates. sciunt etiā quot denarij
sunt i vno florено. Jdeo tā sol iustitie ab
istis torrentib⁹ retraxit radios suos. Itē
antiquitus quolibet die audiebant mis
sam in aurora. Deinde ibāt ad sua nego
cia: ꝫ modo nec in dominica nec in aliis
diebus volūt audire missam. ⁊ si forte ve
niunt iam pransi ⁊ tarde veniūt: ⁊ quan
do sunt in ecclesia nō faciūt nisi loq. Jtē
antiquitus cōicabant quolibet die dñi
co deuote ⁊ p̄cessionaliter: modo aūt nō
nisi semel in anno. ideo dauid. Nescierūt
neq; intellexerunt: in tenebris ambulāt
mouebunt omnia fundamenta terre. in
ps. lxxxj. Mō videamus an radij solis in
iustitie illuminent valles. Ualles dicuntur
omnes homines diuites: ideo q̄ vallis
est terra delitiosa ⁊ abūdās. nā talis est
vita diuitū: pinguis⁹ delitiosa ⁊ abūdās
ideo Dauid in ps. Ualles. i. diuites abū
dabūt frumēto. ps. lxiij. Sed tā ab istis
recessit sol iustitie. i. gratia dei misericor
die ꝙ vitatis. nā antiquitus diuites que
rebant si erat aliquis q̄ veniſſet ad pau
pertatem vt possent cū inuare in aliquo.
Sed modo vellēt sibi iniuicē auferre ocu
los. Antiq̄t⁹ si diues videbat agrū vel vi
neā alicui⁹ icultāv⁹ filiā alicui⁹ adultā: i
mediate dicebat sibi: ḡre non seminatis
agrū ⁊c. de q̄ viuet ⁊c. Et stati mutuabāt
semē ⁊ pecunias: maritabāt puellas vir
gines. Sed modo si paup laborator qui

habet domū plenam filijs indiget pecu
nia pane ⁊ vino ⁊c. ⁊ venit ad diuitē vt re
cipiat ⁊c. Nota vsuras quas faciunt. Itē
quando videt viduā vel puellam paupe
rem: laborant q̄ fiat meretrix. Ecce quo
modo sol iusticie recessit ⁊ verificaꝫ ver
bum xp̄i dicentis. Qñ abūdabit iniqui
tas: refrigescet charitas multorū. Mat.
xxiij. Jtez videamus an radius solis tā
git costas. Coste dicunt esse simplices ꝑ
byteri. Ratio: q̄ sicut coste sunt torren
tibus ⁊ vallibus altiores: ⁊ montibus et
collibus proximiores: ⁊ sic simplices de
rici sunt pp̄o altiores in dignitate ⁊ san
ctitate ⁊ magis iungunt monti: scz xp̄o.
Jō dicit scriptura de eis. Separauit vos
deus israel ab omni populo: ⁊ iunxit sibi
vt seruiretis ei in cultu tabernaculi ⁊ sta
retis coram frequētia populi. Nūc. xvj.
Sed modo ab istis retraxit radios suos
sol iusticie: nam antiquitus irradiabant
deuotione ⁊ sciētia: sed modo q̄si nul
lam habent deuotionē vel scientiam im
mo sunt ignorantes. Et iam verificatur
de eis, pp̄hetia dicens. Sacerdotes eius
contēpserunt legē meā: ⁊ polluerunt san
ctuaria mea. Inter sanctaz ⁊ prophanū
non habuerunt distantiam inter pollutū
⁊ mundū non intellexerunt ⁊ a sabbatis
meis auerterunt oculos suos ⁊ coinqui
nabar i medio eoz. Eze. xxij. Mō videa
mus an irradiet colles sol iusticie. Reli
giosi dicunt colles. Rō: nā merces q̄ por
tantur de loco ad locū trāsēūt per colles
sic etiā merces celestes. s. sanctaz doctri
naz veniunt ad nos per religiosos. Jtez
q̄ via seu trāsit⁹ per colles est augusta
talis debet esse vita religiosoz stricta et
aspera per penitētiā. Et iō dauid in ps.
xxiij. Pinguescent speciosa deserti ⁊ exul
tatione colles accingent. Nota qualiter
antiquitus religiosi seruabant obedien
tiā: paupertatē: ⁊ castitatē: ⁊ oēs cerimo
nias: quia tunc sol iusticie tangebat col
les: sed mō sernāt obedientiā: scz de capo
ne. Sed si vltra voluntatē precipit aliq̄d
statim sequūtur appellationes ⁊c. Item
tenēt pauptatē siue indigentiā in his q̄
nō pnt acq̄rere. De castitate aūt de ceri
mōnijs ipsi sciūt quo viuūt. Jbo ergo ad
optimates ⁊ loquar eis: ipsi cū cognoue
runt viā dñi ⁊ iudiciū dei sui. Et ecce ma
gis hi simul ꝙfregerūt iugū: ruperūt vin
cula. Hiere. v. Jā transiuit ergo hora ve
speraz ⁊c. Itē videam⁹ an sol iusticie tā
gat mōtes siue summitates mōtiū: et ipsi
sunt plati siue dñi tēporales. Rō: q̄ sicut
mōtes eminent super terram. sic prelati
et dñi sunt alti eminētes ex dignitate et
dñio tpali. Videamus mō an illuminēt
a sole iusticie: qm̄ antiquit⁹ plati non da
bāt plationes: dignitates vel bñficia nisi
bonis psonis sctis ⁊ dignis ⁊ illos cogē
tes: ⁊ plus curabāt de alab⁹ q̄s de reddi
tib⁹. Nota mō qualr fit iurta illud apli.
Omnes que sua sunt querūt: non q̄ iesu
xp̄i. ad Phil. ij. Jdē de dñis tpalibus. nā
antiquit⁹ suabāt iusticiā ⁊ p̄tēnabāt de
ꝓpijs redditibus quos etiā diuidebāt:
scz ꝓ seipsis: pro deo ⁊ pauperibus. Sed
modo nota de iniusticijs ⁊ exactionibus
quas faciunt. Jam cū verificatur illud
dictum ꝓpheticum di. Principes tui i
fideles socij furū. Omnes diligūt mune
ra: sequuntur retributiones pupillo non
iudicāt: ⁊ causa vidue non ingreditur ad
illos. Esa. j. Nunq̄d ergo videtur vobis
si sumus in fine dieī: ⁊ in occasu solis. Ec
ce qualiter illa fortuna nauis in sero fi
gurabat fortunam finis mundi que dici
tur sero. Et ideo dicitur. Cum autem se
ro factum esset dixit dominus vinee ꝓ
curatori suo. Voca operarios ⁊ redde il
lis mercedem suam. Matthei. xx.

¶ Quantū ad tertiū ⁊c. videda est tran
quillitas vētura ex christi p̄sentia cū di
cit thema. Ascēdit ad eos in nauim ⁊ fa
cta est trāquillitas magna: ⁊ cessauit vē
tus. Et nota hic hystorialiter quō christ⁹
in quarta vigilia noctis descēdit de mon
te ad discip̄los qui erāt in mari. Jta mō
in isto sero: scz in fine mundi: vt ex p̄dicti
ctis patet qñ nauis eccl̄esie periclitatur:
dñs iesus descēdit de monte altissimo ce
li empirei vbi modo interpellat ꝓ nobis
apud patrē ostēdens patri latus ⁊ vulne
ra ⁊ virgo maria ⁊c. De isto mōte ex alia
parte dicit dō. Quis ascēdet in mōtē dñi
⁊c. ps. xxiij. De isto mōte descēdet in die
iudicij supra mare hui⁹ mundi: q̄ nō de
scēdet in terrā: sed i aerē. Autoritas. Hic
iesus q̄ assumptus est a vobis in celū: sic
veniet quēadmodū vidistis eū euntē in ce
lum ⁊c. Act. j. Dicatur qualis timor ⁊ tre
mor erit tunc peccatorib⁹ in eius aduētu
intantū ꝙ dicit ꝓpheta. Ecce venit dicit

dñs exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduentus eius: ⁊ quis stabit ad videndum eū. Ipse enī quasi ignis ꝓflās: ⁊ ſſi herba fullonū. Et sedebit conflās ⁊ emūdās argētū: ⁊ purgabit filios leui. Subdit. Ego accedā ad vos i iudicio: ⁊ ero testis velox maleficis: ⁊ adulterꝫ: ⁊ periuris: ⁊ qui calumniant mercedē mercēnariū ⁊ humiliāt viduas ⁊ pupillos ⁊ opprimūt peregrinū: nec timuerūt me. Malach. iij. O qualis timor erit illis. Sꝫ bonis dicet Ego sum nolite timere ꝓfidite. Si mali timent non erit mirū: qz videbūt cor dā nationē paratā ꝓtra quos dabit fniaz dicēdo. Discedite a me ⁊c. Deide data sentētia ascēdet in nauiculā. i. totā ecclesiaz xp̄ianā: ⁊ secuti sunt eū ei⁹ discipuli. i. boni: ⁊ statim fuerūt ad aliā terrā: vt dī Jo. vj. Sic erūt boni xp̄iani pertingētes ad terrā illam. De qua dicit dauid. Portio mea dñe sit in terra viuētiū: ⁊ tūc cessabit ventus tribulationū ⁊ infirmitatū: ⁊ erit trāquillitas eterna. Jdeo dicit. Absterget deus oēm lachrymam ab oculis sanctorum. Apoca. vij.

¶ Sabbato post diē cinerū. Sermo. iij.

Frat nauis in medio mari. Mar. vj. Nota mystice q̄ penitētia dicitur nauis ꝓpter quatuor que hz ad instar nauis: scz.

Diuersam figuram.
Grandem mēsuram.
Altam staturam.
Incertam venturam.

¶ De hoc q̄rto modo dicit ꝓpositū thema. Erat nauis ⁊c. Quantū ad primum nauis nō habet vnam figurā vniformē sicut alia edificia quadrata vel rotunda ⁊ hmōi: sed in ꝓncipio est stricta: i fine etiā stringitur: lz nō tātū q̄tū in principio: et in medio est lata. Sic penitētia in principio incohoandi est stricta. Lu. xiij. Cōtendite intrare p angustā portā: qz dico vobis: multi querent intrare ⁊ nō poterūt. Postea ꝓpter assuetudinē ⁊ aditorium gratie dei fit spaciosior. puer. iiij. Uiā sapientie mōstrabo tibi: ⁊ ducā te per semitas equitatis: quas cuꝫ ingressus fueris nō artabūtur gressus tui: ⁊ currēs nō habebis offendiculū. Tandē ꝓpter debilitatem carnis incipit artari aliquantulū Jō. puer. vl. Facta est quasi nauis institoris de lōge portās panē suū. Quātum ad scōm pnia est q̄si magna nauis. f. triū cooperturaꝝ. ꝓria inferior ⁊ secretior: est cordis ⁊ritio. Hiere. xv. A facie manus tue solus sedebā qm̄ amaritudine repleuisti me. Scōa est oris ꝓfessio. puer. xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō dirigetur: q̄ aūt ꝓfessus fuerit ⁊ reliq̄rit ea: miaz cōsequet ⁊c. Tertia est operis satisfactio. Luc. iij. Facite fructꝰ dignos pnie. Jdeo penitētia est illa maxima nauis noe. De qua Esa. vj. Cenacula ⁊ tristega facies in ea. Quātum ad tertium altitudo huius nauis ē maxima ꝓpter malū crucis quo vtlū extēsuꝫ est caro xp̄i mūdissima. Absq; hoc malo nō nauigatur. Jo. xv. Sine me nihil potestis facere. Habia qua ꝓcipue defenditur nauis est titulus triūphalis cruci superpositꝰ. Jurta illō puer. xviij. Turris fortissima nomē dñi ad ipm currit iustus ⁊ saluabitur vel exaltabit. Jō Can. viij. Statura tua assimilata est palme. Quātū ad quartū q̄diu nauis est in medio mari ꝓpter innumera pericula incertus est cuētus eiꝰ donec ꝓuenit ad portū. Eccl'si. ix. Sunt iusti atq; sapiētes et opera eorū in manu dei: et tamē nescit homo vtrū amore an odio dignus sit: ſz oia in futurū seruātur incerta. Sed optimū remediū secure gubernatiōis ostenditur in euāgelio: scz assumere secū xp̄m. Nota historiā breuiter. Christꝰ aūt assumitur in eucharistia. Jo. vj. Qui manducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinem: habet vita eternā. Jdeo hic in euāgelio. Confidite: qz ego sum. Nolite timere: ⁊ ascēdit ad illos in nauiꝫ ⁊ cessauit ventus. Unde dicere potest fidelis penitens a q̄ christus sumit per eucharistie cōmunionem. Si ambulauero in medio vmbre mortis nō timebo mala quoniam tu mecum es. ps. xxij.

¶ Dñica prima in. xl. Sermo vnicus.

Cessērūt āgeli ⁊ ministrabāt ei. Matthei. iij. Sanctum euāgelium hodiernū declarat nobis de sancto ieunio iesu christi quatuor puncta vt sequitur.

Primo locum conuenientē.

Secundo tempus sufficiens per quod ieiunauit.

Tertio modum expedientem quomodo ieiunauit.

Quarto fructum prouenientem ex ieiunio.

¶ Et de isto ꝓto loquit̄ thema. Accesserunt angeli ⁊c. Fructꝰ enim qui sequitur ex ieiunio: q̄ angeli accesserūt ⁊c. Dico primo q̄ euāgeliū hodiernū declarat nobis de sancto ieiunio iesu christi locum cōuenientē vbi ieiunauit. Unde sciendū q̄ q̄n christus voluit quadragesimā ieiunare nolnit eā ieiunare in ciuitate bethleem vbi fuit natꝰ nec in templo vbi fuit presentatus: nec in nazareth vbi fuit nutritus: nec inter homines: sed in deserto q̄ est habitatio bestiarū. Et hoc dicit principiū euāgelij. Ductus est iesus in desertū a spiritu: volēs supple ieiunare: ⁊ iste locus fuit valde cōueniēs. Rō: ꝓpter cōueniētiā quā habet locus desertus cū fine ieiunij. nam ieiunium ordinatur ad triplicem finem. s. ad

Refrenationem.
Liberationem.
Meritum.

¶ Primo ad refrenādū scz vitia ⁊ peccata q̄ ꝓ maiori parte accidūt ex carnis inclinatione ꝓpter hoc ordinata fuerūt ieiunia. s. ad refrenādū. Naz sicut homini stulto ⁊ armato auferunt arma cū quibus nocuit: sic etiā corpus hois stultū armatum cibo ⁊ potu ⁊ alijs delectabilibus que nobis deꝰ dedit ad necessitatez nature indiscrete sumptus multoties occidit aiam. Jō sibi subtrahi debēt prudēter ⁊ ammoueri. Scōo ordinat ieiunium ad liberādū. s. aiam q̄ q̄diu est vnita corpori multū a corpe ipedit in bonis. s. spiritualibus. Et ideo dī. Corpus qđ corrūpit aggrauat aiam. Sap. ix. Jō vt aia sit libera ad opanduz spūalr deputāt carō scz ꝓ ieiunia: ⁊ sic aia eleuat libere i deū. Sicut de statera: nā q̄n vna pars deprimitur: alia eleuat ⁊ ecōuerso. Tertio ad merēdū ⁊ acquirēdū thesauꝝ spūalez. q̄n sicut per totū annū hō laborat ꝓ necessitate corporis sic ieiunādo ad minꝰ isto sctō tpe laboretis ꝓ aia. Uñ apl's. Unusq̄sq; ꝓpriā mercedē accipiet ſm suū laborem. i. ad Cor. iij. de oibus istis rōnibꝰ vide autoritatem beati Grego. dicentis. Qui corpali ieiunio vitia cōprimis. Ecce primū. s. refrenare. Dēte elenas. Ecce secundum. s. aiam liberare. Uirtutē largiris ⁊ ꝓmia. Ecce tertiū: scilz mereri. Hinc triplici fini ieiunū valde cōuenit locꝰ desertus: vbi vitia cōprimunt: q̄ nō habetis occasiōes peccādi: nec oculis vidēdo ⁊c. ⁊ sic de alijs sensibus. ꝓz ergo q̄ desertꝰ est locus conueniēs ieiunio. Jdeo sup illo ꝓbo. Ductꝰ est iesus in desertuz a spū dicit beatus Greg. in homilia hodierna. Dubitari enī solet a q̄busdaz a quo spū ductus est iesus in desertū. Uere ⁊ absq; vlla questione cōuenienter accipitur vt a spūsctō in desertū ductus credat. Sꝫ dicet aliquis. Jste rōnes nō sunt ad ꝓpositū de xp̄o qui in suo corpore nunq̄ habuit malas inclinationes. Itē nec ex carne impediebat eiꝰ aia quin haberet ꝑfectissime suas fruitiones. Itē q̄ iam mesuit inquantū deus ⁊ inquantū hō. Rūdeo q̄ q̄tū ad personā xp̄i bona est ratio sed ipse hoc fecit vt daret nobis exēpluz. s. vt pe ieiunij vadam⁹ ad dextā dimittēte s civitates: villas: ⁊ cōitates: q̄ sic tel ligēdū est vt in sctō tpe dimittam⁹ negocia tpalia: questiōes ⁊ discordias ⁊c. De tur hic modus oibus. Et primo religiosi ⁊ clerici in hoc sctō tempore satis sunt occupati circa horas ⁊ offīm. Laboratores ꝫo in hoc sctō tpe debent summo mane audire missam ⁊ sermonez si ꝓdicatur in aliquo loco ⁊ post negocient vt possint. p uidere filijs ⁊ domib⁹ suis. Diuites autē surgant in aurora ad adorādum. Deinde audiāt missam maiorē ⁊ sermonē: ⁊ post dicant psalteriū post missam orādo ⁊ hora prādij erit ꝑfectū. Illi diuites qui nesciūt psalteriū post missaz orādo q̄uirāt ecclias: monasteria ⁊ hospitalia: vbi cōiter sunt magne indulgētie. post prandiuz ꝫo possunt dormire. Deinde ire ad cōpletoriuz: ⁊ post dicere vesperas vel septē psalmos penitentiales: vel Pater nr̄ ⁊c. Et isto mo homovadit ad desertū. Et istū modū tenuit dauid rex ille magnus dicens de se. Ecce elōgaui fugiens ⁊ mansi in solitudine. Expectabā eū qui saluū me fecit: a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate. ps. liij. Non legitur q̄ dauid ex quo fuit coronatus fuerit in deserto: sed mansit in solitudine camere sui palatij elōgatus a negocijs: ⁊ ad quē finē ostendit

dit. Expectabã eũ qui saluũ me fecit. Et fructus meritorũ a pusillanimitate spiritus. Ecce libertas anime. et tẽpestate supple malarũ inclinationũ carnis. Ptz ergo locus cõueniens p ieiunio. Dico secundo ꝛc. q̃ tẽpus sufficiens fuit. s. q̃draginta diez. Nã dicit text⁹ q̃ cũ ieiunasset quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus. Et quare dixit q̃draginta noctibus. Rñdeo q̃ hoc ꝓ ad differentiã ieiunij iudeoꝝ qui antiquit⁹ p diẽ ieiunabãt: ꝛ de nocte comedebãt ad sufficiẽtiaz sicut mõ tactũ agareni. ꝛ non credatis q̃ tale fuit ieiuniuz xpi in illis quadragsita diebus ꝛ q̃draginta noctib⁹ qz nihil gustauit. Tps tñ quadraginta dierũ et noctiũ fuit sufficiẽs. Rõ: qz iam scitis q̃ oia p̃cepta dei sunt decẽ in quib⁹ oia alia includũtur fundamentalr. Sicut eñ deus dedit decẽ digitos corpi ad opandũ oia: ita dedit alie decẽ p̃cepta q̃si decẽ digitos ad operandũ meritorie. Ista aũt p̃cepta frangimus quadrupliciter: sez cogitatione: locutiõe opere ꝛ omissiõe. Cogitatione eñ frangimus duo p̃cepta singulariter. s. illud. Nõ concupisces vxorẽ ꝓximi tui: quia nõ sufficit seruare corpus mundũ ab illa operatione: sed etiã aiam a cogitatione. Secũdo illud. Nõ cõcupisces domũ ꝓximi tui: nec aliqua q̃ illius sunt Ex cõcupiscẽtia eñ oriuntur diuisiones et guerre. ꝛ ideo dicitur. Radix oim malorũ est cupiditas. i. ad Ti. vj. Locutiõe autem frangimus alia duo precepta. s. illud. Nõ assumes nomẽ dñi dei tui in vanũ: qz nunq̃ est iurãdum nisi ex necessitate vel vtilitate. Item illud. Nõ falsum testimonium dices. s. quacũq̃ causa nec in iudicio nec extra. Operatione frangimus quatuor. s. Nõ adorabis deos alienos. Nõ occides. Non mechaberis. Nõ furtum facies. Omissione autẽ frãgim⁹ duo. s. festa nõ sanctificando: ꝛ parentes nõ honorãdo. Ecce ergo q̃ istis quatuor modis frangim⁹ decẽ p̃cepta ꝛ quater decies surgit in numerũ quadraginta ꝓpter hoc facimus quadragsita dies de penitentia: qz quater decies occasione carnis peccamus. Et ideo Hrego. per voluptates mortales corporis p̃ceptis dñicis cõtraimus q̃ per decalogũ sunt accepta qz ergo p carnis desideria decalogi mãdata contẽpsim⁹ dignũ est vt cãdẽ carnẽ quater decies affligam⁹. Ecce q̃ tps sufficiẽs q̃ xps ieiunauit dãdo nobis exemplũ. Mõ est hic q̃stio tripartita de xpo cũ xps in deserto ieiunauit q̃draginta diebus. Et ꝑma questio est vbi dormiebat. Secũa quid faciebat. Tertia quã societatẽ habebat. Mõ audite deuote. nã euangeliste non dicũt expresse vbi tũc dormiebat: sed multoties de figura elicitur veritas. sicut de spica excutitur granũ. Hec christi dormitio i deserto figurata fuit i patriarcha Jacob. qui cum fuisset pegrinus et viator de chanaan in mesopotamiã: ꝛ transiret p partes hui⁹ deserti: in nocte q̃volvit dormire suppositum sibi lapidẽ capiti: ꝛ in nocte vidit celũ apertuz ꝛ scalã ꝛc. Dic historiã vt habeẽ Gen. xxviij. Jacob vt dicũt oẽs doctores significat xpm scala ꝓ pniaz habens quadraginta gradus ieiunij. ꝛ quidã ascendũt continuãdo ieiuniũ quidã aũt descẽdũt frangendo ieiuniũ. Et iacob excitatus timuit ac tremuit de dicta visione. Cui diuinit⁹ fuit reuelatũ q̃ xps saluator mundi ibi ieiunaret ꝛ dormiret. Tunc iacob dixit. Uere dñs est in loco isto. Patet prima questio. Sed hic contẽplare modoꝝ xps icepit suũ ieiuniũ i crastinũ epyphanie q̃ maius frigus viget ꝛ tũc dormiebat in terra: dãdo nobis exẽplũ q̃ in isto sacro tpe dimittamus linteamina: culcitras ꝛ delectationes. Ideo dauid. Beat⁹ qui intelligit super egenũ et pauperẽ: in die mala liberabit eũ dominus. Dominus opem ferat illi sup lectũ doloris ei⁹ in. ps. xl. Secũa questio: q̃d faciebat xps homo? tuz q̃ nõ operabatur manibus ꝛ staret quadraginta dies: nunquid erat ociosus. Textus non dicit clare quid faciebat: sed Lucas alibi dicit quid faciebat xps in desertis dicẽs. Factum est in diebus illis: exijt i mõtẽ orare ꝛ erat per noctãs in oratione dei. Luce. vj. In somno ergo ꝛ oratione expẽdebat tẽpus noctis. Et de die quid faciebat. Respõdeo q̃ in tribus occupabaꝝ sez in legendo: in contẽplando: ꝛ in orando. De primo ipse legebat in libro quẽ secũ portabat semp maiore tota biblia: sez libro vite. sez scientie dei in quo scripta sunt oia q̃ vnq̃ fuerunt: sunt ꝛ possunt esse. Et quolibet die iesus xps legebat totũ illum librũ. legendo primũ capitulũ: sez de gloria paradisi. Et secundũ de ordinatione angelorũ. Tertiũ de pena damnatorũ. Quartum de pnia purgandorũ. ꝛ sic de alijs. Item de naturis piscium maris. De auibus in aere. de animalibus terre. Et oia ista videbat nõ solũ in genere: sz etiã in specie ꝛ indiuiduis. nõ solum vt deus: sed etiaz vt homo. De secundo stabat omnia ista ꝓtemplando. Quantum ad tertium post ꝓdictã lectionem ꝛ ꝓtemplationẽ orabat dicens oratorem quã postea nobis ostendit. sez ꝑater noster. Nam cepit iesus facere ꝛ docere. Act. j. ꝛ in ꝑsona nostra ipse dicebat ꝑater noster. Itẽ dimitte nobis ꝛc. quia sicut os loquitur p pedibus ꝛ alijs membris: ita xps vt caput loquebat in persona membroꝝ. In his ergo debemus tps huius quadragesime exemplo christi expendere. Ideo dicebat. Opamini nõ cibum qui perit: sciz negocia huius mũdi: sed qui pmanet in vitam eternam. scilicet opera meritoria. Joan. vj. Tertia questio. Quam societatem habebat. Dico q̃ ferarũ: bestiarum ꝛ latronum. De bestijs dicitur Marci. j. q̃ in illo deserto frondoso erant leones: vrsi: lupi: ꝛ multa alia animalia. Ait eñ textus. Erat in deserto quadraginta diebus: ꝛ quadraginta noctibus: ꝛ tentabatur a sathana. Eratq̃ cuz bestijs. Marci. j. Venio ad practicam: ꝛ potestis pervos cogitare q̃ predicta animalia de die latant in antris: ꝛ de nocte vadunt pascendo. Et quando videbant christum possumus dicere sicut. de bone ꝛ asino q̃ christum adorauerunt sic etiam ꝛc. Ecce societas christi de nocte: de die habebat societatem latronum ꝛ malorꝝ hominum. Nã istud desertũ est inter hierusalem et hierico. de quo. Luce. x. Homo quidam descendebat ab hierusalem in hierico: et incidit in latrones ꝛc. Hic locus hebraice dicitur adomin: ꝛ interpretat̃ rubra siue ascensus ruforum. Iste locus est ille cruẽtus ꝛ sanguinarius quo deuenit homo ille qui incidit in latrones. Et dicit sanguinarius: qz ibi multi viatores occidebantur a latronibus. Cogitate quando latrões videbãt ipm a lõge veniebat ad eũ visuri si forte hꝛet pecunias. Sed iesus xps mutabat eorũ corda ꝛ volũtates ꝛ exhibebãt xpo magnã reuerentiã. Sic nos moraliter. debemus stare inter bestias feras. s. pctoꝝ: cogitãdo qũo viri stis vt bestia peccãdo ꝛc. Inter latrones cogitãdo qũo peccãdo furati fuerimus deo honorẽ ꝛ reuerentiã ꝛ timorẽ: ꝛ nobis attribuẽdo honorẽ ꝛ gr̃am. Propter hoc dicebat Mõ. nõ nobis dñe nõ nobis sz nomini tuo da gloriã. in ps. cxiij. Tertio videndus est modus expediẽs qũo ieiunauit xps q̃vicit tẽtationẽ diaboli. Dicũt doctores ꝛ singl̃r magister historiaꝝ qñ in baptismo xpi vox patris itonuit dicendo. Hic est fili⁹ meus dilect⁹. Luc. iij. tu es fili⁹ meus dilectus: in te cõplacui mihi ꝛc. Dicit q̃ diabolus audiuit istam vocẽ. ꝛ qz iãvidebat diabolus tps messie cõpletũ: ꝛ iõ qñvidebat xpi mirabilia cẽpit ipm esse filiũ dei. Sed qñ vidit ipm esurire: credidit opposituz: ꝓpter qđ voluit ipm tentare. Et assumpta forma humana ꝛ habituviri deuoti salutauit ipm. Cui rñdens xps dicit. Beneveneritis. nõ credatis q̃ ita trũcate dixerit xpo. Si filius dei es. Sed euãgelista dimittit nobis vt ponamus digitũ ad practicã ideo notate eã. Et potestis cogitare q̃ qñ diabolus venit ad xpm ipsum salutãdo dixit. Aliqui opinant q̃ tu sis fili⁹ dei. Nã filius dei antiquit⁹ mutauit virgã moysi in serpentẽ: aquã egypti in sanguinem. Exo. vij. vxorẽ loth in statuã salis. Gen. xix. Ideo si fili⁹ dei es dic vt lapides isti panes fiãt. nõ intelligatis q̃ diabol⁹ subito dixit. Si filius dei es ꝛc. sed posuit se inverbis cũ eo primo: in fine ꝛcludendo q̃ si filius dei es ꝛc. Et rñdens iesus dixit. Scriptũ est de se. s. nõ in solo pane viuit homo: sed in omni verbo q̃ ꝓcedit de ore dei. Deut. viij. Ecce hic mod⁹ expediens. s. ꝓ nobis. quia modo quãdo ieiunamus diabolus tentat nos dicẽs. Dic vt lapides isti panes. i. verba dura ꝛ aspera comedamus per impatientiam si prandium non sit paratum vel aliter ꝛc. Secũda tentatio. Victo diabolo in prima tentatione per christuz ex autoritate. nõ in solo pane ꝛc. diabolus sumpta occasione a dicta autoritate quia verba dei proponuntur in templo. processit ad secundã tentationẽ dicens. Uis vt vadamus ad ciuitatem ad templũ. Christus autem vt bonus miles volens se exhibere suo inimico in omni platea secut⁹ est eum vsq̃ ad templum vbi erat magnus

populus congregatus:ꝛ tūc dixit diabolus christo. Uis vt ascēdamus supra pinnaculū qꝫ ibi magis secrete poterimus orare:ꝛ quando fuerunt superius: dixit diabolus christo. Et quot gentes sunt hic ꝛ mlti sunt hic qꝫ nō credūt te eē filiū dei ideo mitte te deorsum: qꝫ de te scribitur. Angelis suis mādauit de te vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. in psalmo. xcix. Ad quē christus dixit Scriptū est. Non tentabis dñm deū tuū. Hic christus dat exemplum personis spiritualibus ꝛ deuotis quādo diabolus tentat eos deuana glia:ne cadāt sed stent fortes. Uidēs aūt diabolus qꝫ christus excusauit se ne incurreret vanā gliaz:diabol⁹ voluit eū aliter tentare:ꝛ dixit ei scz christo:vis vt vadamus ad desertum ad vnū montem satis altum vbi erimus solitarij ꝛ orabimus:ꝛ quando fuerunt in monte diabolus ostendit christo omnes partes mundi dicēs oia esse sua ꝛ posse dare cuivult sed mentitur:ꝛ dixit. Hec omnia tibi dabo si cadens adorueris me. Chriſt⁹autem qꝫ in alijs tentationib⁹habuerat patiētiā autoritatibus excusando se:in ista indignatus est:ꝛ clamauit dicens. Uade sathana. Scriptū est dñm deū tuū adorabis ꝛ illi soli seruies. Deuter. vj. Sed quare hoc dicit Chriſ. qꝫ alie tentatiōes tangebant humanitatē:sed adorare tangit diuinitatez ꝛ ad coronā det ꝛc. Dicit beatus Piero. qꝫ xps dat hic nobis exemplum qꝫ iniurias pprias debem⁹ patienter tolerare:ſz illas qꝫ tangūt deū cū indignatione increpare. Chriſ. In ppijs iniurijs quēcūꝫ esse patientē laudabile est: iniurias aūt deiscz ad aditū sufferre nimis est impiū. Nota hic de sctō Indouico rege francie qꝫ sibi cauterizare blasphemantes deū. Sed mō verificatū est illud ppheticū. Esa. lij. Dominatores populi mei inique agunt dicit dominus:et iugiter tota die nomen meū blasphematur. Quarto ostendit fructus pueniens ex ieiunio in themate. cū dr. Ecce angeli accesserūt.ꝛ nota similitudinē:ꝛ poteris intelligere qualr fuit:qñ duo magni dñi seu pncipes faciūt duellū in cāpo clauso vbi rex tenet cāpū securū ꝛ amici ꝛ exercitus vtriuscz expectāt finē hinc inde:ꝛ facto pliovictus cū suis fugit ꝛ seruitores ꝛ amici victoris cū gaudio ad eū accedūt sibi necessaria ministrādo. Sic xps ꝛ lucifer maiores principes mūdi:vt dicit magister historiaꝝ:sed diuersi modo. nā xps est pnceps sanctitatis:ꝛ lucifer iniquitatis:hodie fecerūt duellū:ꝛ deus pater tenuit campū securū xps aūt vt dicit Chryſosto. pcepit angelis vt ab eo elongarent ne a lucifero viderentur. Idē fecit lucifer de suis:ꝛ soli ipsi duo intrauerūt cāpuz. Et arma diaboli fuerūt tria.ſ. lancea. ensis.ꝛ diga. Cū lancea superbie ꝛ vane glorie cū ense gule:ꝛ cū gladio auaricie xps rētauit ꝛ accessit. Nā ipse lucifer cū istis armis plures occiderat:ſz xps in nullo nocuerūt ſzvictus fugit. Et tūc dicit thema de xpo. Accesserūt angeli ad eū ꝛ ministrabāt ei ꝛc. Sed in quo ministrauerūt ei. Nota illud quo xps magis indigebat erat cibus:ideo ei in hoc angeli ministrauerunt. Dicunt hic aliqui deuoti ptemplatiui qꝫ sancti angeli inerūt subito ad virginē mariā que nesciebat aliquid de filio suo necvbi esset:qui sibi dicebāt prelij victoriā:que auditis rumoribus victorie pdictos angelos:misit sibi prādiū qꝫ se parauerat: vt caules vel biodinz vel spinagia:ꝛ forte sardinctas:rogās angelos vt qꝫ sibi supercerat vel superset ad ipsam reducerēt ad prādiū. Ecce qūo accesserūt angeli ꝛ ministrabāt ei. Ita erit de nobis. nā modo sumus in plio cū diabolo in cāpo clauso.ſ. in quadragesima: si sumus victores de gula: vana gloria:ꝛ auaricia:facto plio.ſ. in die pasche:accedent angeli.i.sacerdotes ꝛ ministrabunt cibū quē virgo maria pauit.ſ. materialiter:effectiue aūt spiritussanctus in coquina ventris virginalis.ſ. corpus xpi intra cortinā.i. in hostia cōsecrata. Jdeo dicit xps. Uincenti dabo mānā absc̄ditū: qꝫ nemo scit nisi qui accipit. Apoc. ij.

¶ Feria.ij. post dominicam primam in quadragesima. Sermo primus.

Sic in iudicio modica ⁊ parua erit cōdēnatio ninimitaꝫ respectu iudeorum. Sic etiam de nobis xpianis. Moraliter sunt ꝯ plures qui diuersis excusatiōibus excusant se ab hoc ieunio quadragesime. Istos condēnabit beatus Nicolaus qui puer ieiunauit. Ista dānatio est cōparatiua. Idem de alijs peccatis ad libitum. Et ecce autoritas. Condēnat aūt iustus mortuus viuos impios: ⁊ iuuentus celerius cōsummata longam vitam iniusti. Sap.iiij. Sedo xpus fuit cōminatus iudeis per reginā saba.iij.Reg.x. Nota hystoriā qualiter venit de finibus terre hierusalē vtvideret ⁊ audiret sapientiā salomonis. Et forte venit de centum dietis. Et iudei nolebāt xpm audire: immo dicebant. Demoniū habet ⁊ insanit: quid eū auditis. Jo.x. Ideo cōminādo dixit xps iudeis. Regina austri ⁊c. condēnabit cōparatiue vt dixi. Moraliter ex istis cōparationibus iesus xps ostendit ꝙ gētes dānantur ex negligētia: vt sunt illi q̄ libenter audiūt ꝟmones: sed sunt negligētes: qꝫ nesciūt audita exequi. ac si thesauruꝫ acquisitū nescirent in taxia: bursa vel capsa congregare. Ita de ꝟbo dei. Jō dr Lu. xj. Beati qui audiunt verbū dei ⁊ custodiunt illud. Tertia doctrina est auisatiua scz de periculo qō iudeis iminebat dicens. Cū imundus spūs exierit ab hoie: ambulat p̄ loca arida q̄rens requiē ⁊ nō inueniēs. tunc dicit. Reuertar in domum meā vnde exiui. Et cū veniēs inuenit eā vacantē scopis mūdatam ⁊ ornatā. tunc vadit ⁊ assumit septē alios spūs secū nequiores se ⁊ itrātes habitāt ibi. ⁊ fiūt nouissima hois illius peiora priorib⁹. Sic ⁊ erit generatiōi huic pessime. Jesus xps auisando eos: scz iudeos declarat eis cōditiōes diaboli dicēs. Cū immūdus spiritus ⁊c. Loca arida sūt corda ⁊ corpora penitētium qui nō habēt humiditatē luxurie carnalitatis: nec delectationis nec auaricie aut gule ⁊c. Nā istos tentat diabolus ⁊ nō suos. Jō dr Greg. Illos tētare negligit quos quieto iure possidere se sentit. Et qñ nō pōt castrū nouiter acq̄rere: reuertit ad domū vnde exiuit: qꝫ iā scit eiꝰ introitus ⁊ venit cū alijs septē: et fiūt nouissima hois illiꝰ peiora priorib⁹: qꝫ dicūt medici ꝙ peius est recidiuū q̄ infirmitas: q̄re ergo xpus dicebat illa: ppt hoc: qꝫ iudei a principio p̄dicationis xpi cognouerūt ipm esse verū messiā: vt dicit textus euāge. Mat.xxj. Dixerūt coloni. Hic ē heres: venite occidam⁹ eū: ⁊ habebimus hereditatē eius ⁊c. Dicūt hic gloſe ꝙ iudei cognouerūt xpm esse messiaz. Ideo magn⁹ rabinus nichodemus dixit xpo. Scimus qꝫ a deo venisti magister. Jo.iij. Sed qꝫ xps corrigebat eos de peccatis publicis: diabolꝰ redūt ad eos: ppt quod xps p̄dicta dicebat. Ideo.b. Petro qui optime intellexit ꝟmones xpi dicēs. Si cū refugiētes coinquinatiōes mūdi in cognitione dñi nostri ⁊ saluatoris iesu xpi his rursus implicati superant: facta sunt eis posteriora deteriora priorib⁹. Melius em̄ erat illis nō cognoscere viaz iusticie ꝙ post agnitionē retrorsuꝫ quam ab eo quod illis traditū est sancto mādato. ij. Pe. ij. Moraliter si a nobis ejicimus diabolū per penitentiā: caueamus ne reuertatur p recidiuū: alias dicit xps. Nemo mittens manū ad aratrū ⁊ respiciēs retro: aptus est regno dei ⁊c. Lu. ix. Aratrū est penitentia. Quarta doctrina est informatiua. de qua dicit the. Quicū ꝙ fecerit voluntatē patris mei qui in celis est ipe ē me⁹ frater: soror: ⁊ mater. Dicat totaltima pars euāgelij hystorialiter: quō cū xps predicasset venit virgo maria mater eius cū parētibus suis quos scriptura vocat fratres: ex quo sunt vnius generis. Hic habemus exemplū duaꝝ doctrinaꝝ. Et prima est ordinatio charitatis ⁊ dilectionis. scz deum super oia diligere. Secda est spūalis opatiōis ꝙ opus spūale nō est dimittēdū p parentib⁹ seu amicis: vt iclunare aut religionem intrare: ⁊ hmōi. Ité iudices habēt hic exemplū ne in iudicio cognoscāt parētes seu amicos sed purā iusticiā. Et ideo dr. Qui dixerit patri suo vel matri sue: nescio vos: ⁊ fratribus suis ignoro illos: ⁊ nescierī filios suos: hi custodierūt eloquiū tuū: ⁊ pactū tuū fuauerūt: iudicia tua o Iacob ⁊ legē tuā o israel ⁊c. Deu.xxxiij. Et nota cū dicit thema. Quicūq̄ fecerit voluntatē. vi detur ergo ꝙ faciēdo volūtatē dei hō efficiaꝫ mater xpi. Dico ꝙ sic. Nota gdus spūales. Nā magna gra creature fit quādo efficitur filia xpi in baptismo: sed maior quādo fit frater christi: sed multo maior quādo efficitur mater christi: vt patet de ꝟgine maria. Filius efficit hō in baptismo. Jō dr. Dedit eis potestatez filios dei fieri. Joā. j. Frater aut̄ christi efficitur homo per penitētiā quādo de peccatis post baptismū factis facit penitētiaz. Et hoc christꝰ hō efficiunt: filij eiusdez patris per gratiā penitētialē. Sz mater christi efficitur homo audiendo verbuz dei: qꝫ sicut mater christi cōcepit xpm in vtero: ita hō in ꝟmonib⁹ ꝙcipit xpz inuterio ꝙfectice: qñ ꝙponit facere eiꝰ volūtatē parit aūt xpm qñ ꝙceptū ꝙpositū exequitur. Et de hoc est autoritas. A facie tua dñe cōcepim⁹: ⁊ quasi parturiuim⁹ ⁊ peperim⁹ spm salutis. Esa.xxvj. Nota a facie tua. s. in p̄dicatiōe in q̄ de⁹ cognoscitur vt homo in facie. de q̄ dicit dō in ps. Faciē tuā dñe requirā ⁊c. ⁊ q̄si parturiuim⁹. ecce gnatio spūalis de qua dauid. Hec est generatio querentiū dñm querē ⁊ num faciem dei Iacob. Ps.xxiij.

De eadē fer.iiij.post inuocauit. Ser.ij.

Sumit septez alios spūs nequiores se. Mat.xij. Sermo erit de magna autoritate vt caueatis a tētatiōe demonū ⁊ pctis: qꝫ demones vellent ꝙ oēs essemus dānati cum eis. Ideo ne eoꝝ damnationib⁹ damnemini volovos auisare in presenti sermone. sed primo salutetur ꝟgo maria. Assumit ⁊c. Pro huius verbi declaratione ⁊ materie predicāde introductione: sciēdum ꝙ doctrina est communis in scta theologia ꝙ ex peccato primoꝝ parentū totū genus humanū fuit captiuum diaboli. Si dicatur ⁊ quare filij sunt captiui qui nōdum erāt nati. Dico ⁊ respondeo per similitudinē. Si em̄ in domo vra vos habetis vizores captiuos: si illi generāt filios vt filias: nunquid erunt captiui vestrivt parētes. Immo. sic Adam ⁊ Eua vir ⁊ vxor tanq̄ captiuos vendiderunt se diabolo precio vnius pomi: nescitur tn cuius speciei erant illi fructus. Illi mali mercatores fuerunt. nam modico precio se vendiderunt ⁊ captiui fuerunt diaboli. ergo rationabiliter ⁊ filij fuerūt captiui consequenter. Patet ratio. Sed de hoc etiam est autoritas dicēs. Propterea captiuus ductus est populus meus: qꝫ nō habuit sciētiā. ⁊ nobiles eius adā ⁊ eua. s. iterum fame. ⁊ multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernꝰ animā suaz et aperuit os suum absq̄ vllo termino. Esa.v. Nota cū dicitur propterea captiuus ductus est populus meus. i. totū genus humanū captiuū. Rō: qꝫ nō habuit scientiam. Hic tangit rationez quare primi parētes peccauerūt: scz qꝫ nō habuerūt dei sciaz. Propterea dilatauit infernꝰ id est diabolus aiam suaz absq̄ vllo termino. id est exceptione: qꝫ quātūcū q̄ essent boni ⁊ sancti ad infernū descēdebāt imortaliter. Patet ergo doctrina theologie. Sz habuim⁹ remediū p aduētū christi quādo dignatus est venire ad liberādum populum suū de captiuitate diaboli. Si dicak si vēdiderunt se diabolo: nūquid ergo xps fecit iniuriā diabolo sibi captiuos auferēdo. Dico q̄ adam ⁊ eua erāt captiui dei: ideo nō potuerūt se diabolo vendere: nec diabolus ipsos iuricice poterat possidere: sicut nec captiui vestri. Ideo venit filius dei dicēs patri. Cōpatior captiuis: ideo p̄ ego soluam redduū pro ipsis: ⁊ in die veneris sancta soluit. Et sic redemit ⁊ liberauit nos a diaboli captiuitate: ⁊ mō sumus captiui xpi exclusō demone. ideo christus in sua passione dixit. Nunc iudicium est mūdi nūc princeps huiꝰ mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia trahā ad meipsum. Joā.xij. Et nota dū dicitur. Nūc princeps huius mūdi scilicet diabolus qui tyrānice huic mūdo dominabak ex predicta ratiōe. Sed venit dominus noster iesus christus qui per suā passionē abstulit sibi principatum: ⁊ ligauit ipsum in inferno. Ideo dicit. Nūc p̄nceps huius mūdi ⁊c. Omnia scz genera hominum trahaꝫ ad meipsum. Sed si dicatur. Si lucifer ergo est a mundo expulsus ⁊ in inferno ligatus quomodo ergo tentat nos. ecce huic questiōi thema rñdet. assumit septē alios spūs: qꝫ ipe ꝓsonaliter nō p̄t exire ad tētādūvsq̄ ad tē pus antichristi tūc etiā soluetur. Jam assumit alios septē spiritus tanq̄ capitaneos septē capitaliū peccatoꝝ: ⁊ cū infinita multitudine minoꝝ demonū ei subiectoꝝ mittit eos per mūdū in odiū iesu christi ⁊ inimiciā nostri. Et nota cuz dicit nequiores se. s. in effectu tentandi sed nō

in affectu:qz t affectu nullus est nequior lucifero: ꝛ dicit thema. Assumit ꝛc. Ac si magnus rex decubens in lecto ꝛ nō potēs ire ad bellum vocaret capitaneos dicens eis. Jā videtis ꝛc. ideo vos de quibus ego cōfido vadatis cum vestris gētibus armoꝝ ꝛ faciatis bellum. Sic etiā lucifer iacet in lecto durissimo inferni dicens. Jā videtis quomodo ille xps me liauit hic: ꝛ sibi nō possumus nocere eamus cōtra suas gentes ꝛc. ideo vadatis Ecce qualiter assumit septē alios spiritꝰ ꝛc. Et primus capitaneus est leuiathā. Ita nominatur Job.xlj.dicentis. Leuiathā ipe est rex super oēs filios superbie. ꝛ hic tētat de primo pctō mortali.s.de superbia. Et vocat a lucifero dicēte. Leuia thāvelles ne facerevnū seruitiū mihi. Respondet dñe libenter faciā. Et cū vexillo suo.s.circulo supbie ꝛ vanitat;:cū infinita multitudine demonū ipsum sequētiū discurrit p mundū: qui tantū sciuit facere cum suo exercitu q tā totꝰ mūdus est superbus ꝛ vanus. Nā tantam superbiā posuit in dñis tpalibus ꝛ in prelatis ecclesiasticis:q tā non sufficiunt redditus ad vanitates. ideo habēt facere exactionē:symonias ꝛc. Nota differētiā iter vanitatē ꝛ supbiā:qr vanitas ostēdit ad extra in excessu vestiū ꝛ ornamentoꝝ. Supbia aūt ad intra in corde cōsistit: qñ psona nō vult se regere sm dei ordinationē sed sm propriā inclinationez. sic q deus precepit vnū ꝛ ipse facit totū ꝛtrariū: dicendo:quid ad me:nolo hoc. Ecce qd est supbia: qr vanitas soluz est effectꝰ superbie. Verbi gratia. Si filius vester infirmat ꝛ nō habetis medicū ad quē recurratis. Nōne ad diuinos seu sortilegos ꝛc. ꝛ qñ dicit vobis q hoc est magnū peccatū vos dicitis. Nunquid permittā filiuz meū mori. Ecce supbia nolle obedire p̄ceptis dei dicēt;. Nō habebis deos alienos. Jtez si pdidistis aliquid. Jtē si estis vocati a iudice in testem mediante iuramēto. ꝛ qñ dr vobis magnū peccatuz est falsum iuramentū dicitis. O ille amicus meus est punitus. Jtē nolēdo seruare festa: cū tñ nullus dñs det prouisionem alicui nisi faciat sibi aliqd seruitiuꝫ. Si q̄ per totā hebdomadam seruiuistis mundo: in dominica seruiatis deo audiendo missam: sermones ꝛc. Ex ista superbia leuiathan infinitos secum ducit ad infernū; ppter quod xps sciens hoc auisando nos clamat dicēs. Tollite iugum meum sup vos: ꝛ discite a me: qr mitis sum ꝛ humilis corde: ꝛ inuenietis requiē animabus vestris. Jugum enim meū suaue est ꝛ onus meū leue. Mat.xj. Nota cū dicit. Tollite iugum meū super vos. Dñe nūquid nos iumꝰ boues. Nota ꝛliter bos supponit collum iugo: cū tñ possit se cornibus defendere: sed nō facit scīes naturali instinctu q dñs nō daret sibi ,putionē. Sic etiā erit de nobis nisi portemus iugū. i. onus preceptoꝝ. Sī dicitur. Dñe decetero volo humiliari ad portandum iugū: sed quomodo est portādū? Respondet. Discite a me: qr mitis sum ꝛ humilis corde. quasi dicat. Ego q̄ sum dominꝰ et leo de tribu iuda: ꝛ portaui iugum ptis: scz mandatoꝝ. Si dicaꝫ dñe rex ꝛ qd ex hoc habebimus. Rñdet. Inuenietis requiē animabus vestris non solū corporibus ,puisionē: sed etiā requiem post hāc vitā animabus vestris. Ecce salariū. Si dicatur. Dñe onus vestrū ponderat multuz. Respōdet. Jugū em̄ meū suaue est: ꝛ onꝰ meū leue. Scōs capitaneus dicit māmona. qui tētat de auaricia. De quo Mat. vj. Non potestis deo seruire ꝛ māmone. Dicat vt de primo quōvocaꝫ a lucifero. Nam ille cū bānerio ꝛ cum titulo auaricie ꝛ cupiditatis: ꝛ cū exercitu suo destruxit quasi vniuersum mūdū. Hic etiam tñ fecit q̄ totus mūdus est auaricia plenꝰ. Quia iam hodie religiosi: clerici: prelati: seu dñi oēs sunt auari. non respiciunt vñ vel quō pecunie veniūt: sed habeamus. Omnes in viam suā declinauerunt vnusquisq; ad auaricia suā a summo vsq; ad nouissimū. Esa.lvj. Jtē a minore vsq; ad maiorē oēs auaricie studēt ꝛ a propheta vsq; ad sacerdotē cuncti faciunt dolum. Hiere.vj. Antiquitus nullus erat vsurarius nisi iudei. mō etiā xpiani faciūt vsuras mutuādo. Nota modū: quō falsevocanꝫ censualia. Nota duas conditiones censualium. Jtez emere p minori precio q̄ res valet ,ppter solutionis preuentionem: vel vendere carius ,ppter solutionis dilationez: minusū est: ꝛ ex auaricia vtrū q̄ procedit. Nota etiā de cōfratribus faciendo etiā vsuras. Contra quos clamādo xps dicit. Videte ꝛ cauete ab oī auaricia: qr nō in abundātia cuiusq; vita eius est ex his q̄ possidet. Luc.xij. Nota multas species auaricie. Dicam vobis aliqs vt caucatis. Nā vna spēs est que dicitur rapina ꝛ illa est in dñis. Principes eius in medio ipsius quasi lupi rapientes predā. Ezech.xxij. Alia ē symonia. ꝛ illa est in clericis vendētibus sacramenta. Contra quos xpus. Gratis accepistis: gratis date. Alia est calūnia ꝛ illa est in aduocatis iudicibus vel procuratoribus ꝛ notarijs: qui ꝛtrarium sciētes protrahūt sententiā: vel opprimūt viduas ꝛ pupillos. Cōtra quos. Exoꝛ.xxij. Uidue ꝛ pupillo non nocebitis. Si leseritis eos vociferabunt a me: ꝛ ego exaudiā clamorē eorum ꝛc. Alia est sacrilegiū: ꝛ illa est in rusticis retinendo decimas ꝛ bona ecclesie cōtra quos Malach. iij. Si affiget homo deū qr vos configitis me. Et dixistis. In quo configimus te. In decimis ꝛ in primitijs ꝛ in penuriavos maledicti estis. Sequitur. Inferte oēm decimationē in horrea mea: ꝛ sit cibus i domo mea: ꝛ pbate me super hoc dicit dñs: si nō aperuerovobis cataractas celi. Alia est furtum secretuz in panperibus. Cōtra quos Eccli.v. Super furem erit opprobriū ꝛ p̄fusio. Item Qui furabaꝫ iam nō furetur: magis autem laboretvt habeatvnde tribnat necessitatem patienti. Ephe.iiij. Jtē fraus in mercatorib9: qr defraudant vel in qualitatevel ꝗtitate primū. De primo ait p̄pheta. Argentū tuū ꝛ aurūversum est in scoriam: ꝛvinū tuū mixtuz est aqua. Esa. j. De secūdo precipit deus. Jō habebis in sacculo tuo diuersa pondera maius ꝛ minus: nec erit in domo tua modius maior aut minor ꝛc. Deut.xxv. Alia est retētio de mortuis: vel retentio mercedis seruorum suoꝝ vel negando debitū. Cōtra primos. xiij.q.ij. qui oblationes.j. Qui oblatiōes defunctoꝝ aut negant eccl'ijs aut difficulter reddūt tāq̄ egentiū necatores excōicantur. Et.xij.q.ij.qui abstulerit. Et Lu.xviij. Deus facietvindictam electoꝝ suoꝝ clamātiū ad se. Cōtra secūdos. Qui effundit sanguinē ꝛ q̄ fraudem facit mercennario frēs sunt. Eccl'.xxxiij. Quare precipitur Leuit.xix. Non morabitur opus mercennarij tui apud tevsq; mane. O iste magnus capitaneus quam magnam predam secum traxit ad infernum. Jdeo christus dicit videte ꝛ cauete ab omni auaricia. Ratio est qr nō in abūdantia cuiusq̄ vita ei9 est ex his que possidet. Luc.xij. Tertius capitaneus dicitur Asmodeus qui tētat de luxuria. De quo Thobi.iij. Demonium nomine asmodeus occidebat eos mox. vt ingressi fuissent ad eam. scilicet luxuriam ꝛ carnalitatem: ꝛ circuit modo mundum ꝛ fecit tantum opus qō iam completa est prophetia Dauid. qui plangendo dicebat. Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Non est qui faciat bonum supple castitatis. non est vsq; ad vnum supple de adultis. in ps. xiij. ꝛ liij. Jam iste proditor fecit tantum q̄ hodie fere nullus homo potest dicere cum veritate. nunq̄ cognoui nisi vxorem meam. iam non seruant multi matrimonium: cō patres iam faciunt ipsam abominationem. Item facit q̄ clerici tenent concubinas. et religiosi beguinas: seu filias spirituales. ita qō totus mundus est corruptus. Nota hic de illo demone in corpore obsessi qui dixit se inde non exire quo usq; dicerentur tres misse ab aliquo clerico qui esset virgo. Quia ergo iste diabolus fecit tot mala: christꝰ auisando nos dicit per os apostoli. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra. vt abstineas vos a fornicatione. vt sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione. j. ad Thess. iiij. Caueatis ergo ne fornicationem faciatis. Nam cuius minimum peccatū sit peccatum luxurie inter peccata: est tamē peccatum mortale. Hic etiam condemnatur error dicentium confessori disputando. Pater q quod peccatum est cuz mere tricibus. ego non decepi eam ꝛc. Si em̄ cum filia regis ageres diceres tu. Cui facio iniuriam. certe regi. Nam in tuo palatio comedendo suum panem ꝛ suū vinum bibendo: tu facis ꝑditionem. Sed si rex dat tibi filiam suam in vxorem habeas cum ipsa placituz. als debes abstinere. Nota vt sciat vnusquisq; vas ideſt corpus quod est vas anime. Sicut enim esset magnum peccatum proijcere vas reliquiarū in lutum. nobilior reliquia est anima. Quartus capitaneus est beelzebub qui tentat de inuidia. De quo Luc. vndecimo. In beelzebub principe demoniorꝝ ejcit demonia. Et iste cū suo exercit

tu ⁊ bannerio cū titulo de inuidia ⁊ malignitate intantū veravit totū mundum ꝙ totus mundus est infectus inuidia et malignitate de bono alterius. primo inter fratres ⁊ inter sacerdotes de sepultu ris:⁊ pro beneficijs. Inter laicos ꝓ officijs vel regimine. Intantū ꝙ ex ista inuidia totus mundus destruitur. Ideo sapiens dicit. Contemplatus sum oēs labores hoim ⁊ idustrias animaduerti patere inuidie proxumi. Eccl's. iiij. Que est hodie ratio quare destruuntur cōmunitates: castra: ville ⁊ ciuitates ex inuidia dicendo. O ille fuit iuratus vel consul: ⁊ ego non qui sum melior. Jam modo non curant quis erit vtilior communitati: sed quis erit amicus. Itē est alia inuidia spiritualis que est peccatū in spīmsanctum scz inuidia fraterne gratie: inuidēdo de uotioni: sciētie deridendo: ⁊ persequēdo. O iste proditor capitaneus quot ducit secū ad infernū. Ideo xps auisando nos dicebat. Hoc est preceptū meū: vt diligatis inuicē sicut dilexivos. Joā. xv. Domine nō datis nobis nisi vnum preceptum. Respondeo ita quia illud principale est ⁊ sufficit. Nota sicut dilexivos. Nam sola dilectio fecit ipsum incarnari: nasci pati ⁊c. Ideo legit de beato ioāne enāgelista ꝙ qñ debuit mori vocato populo predicauit eis dicens. Filioli diligite inuicē ⁊ nihil aliud dicebat: ⁊ fuit sibi dictū. O qualis sermo est iste. ⁊ tradidistis obliuioni illas altas speculatiões ⁊ declarationes theologie: rñdit non: sed istud sufficit: qz dilectio ꝓximi malū nō operatur Ideo remediū optimū cōtra inuidiā est orare ꝓ seipso. s. vt deus sibi ꝛseruet illud bonū officiū ⁊ dignitatē ⁊ merito huius orationis abundabis dilectione. Nā cōtraria cōtrarijs curātur. Plaga cū inuidie medicina charitatis curatur. Quintus capitaneus est beelphegor. Iste tentat de peccato gule. de quo dauid in ps. cv. Initiati. i. dediti sūt beelphegor: ⁊ comederūt sacrificia mortuoꝝ. Hic cū suo exercitu ⁊ bānerio extenso ⁊ cū titulo gule ⁊ vanitatis tm fecit ꝙ iam nō seruāt letunia ecclesie gentes: nec quadragesimā vnus se facit infirmū: alius dicit. O non possum dormire: ⁊ sic comedunt carnes: ⁊ vadūt sic ad infernū. Jeiunia enim ordinata sunt vt cuz labore fiant: quia ibi est meritū. Nota hic qui excusanť breuiter a ieiunio ⁊c. Et quia iste ꝓditor magnaz predam ducit ad infernuz: ideo christus auisando nos dicit. Attēdite ne grauentur corda vestra in crapula et ebrietate. Luc. xxi. Sext⁹ capitane⁹ est baalberith: qui ad iram inflammat. de quo Judicuz ix. De phano baalberith condurit sibi vi ros. Et subdit. Misit dominus spiritum pessimū inter abimelech et habitatores sichem. Hic cū exercitu suo⁹ bannerio cū titulo de ira ⁊ iniquitate discurrit ꝓ mundū: ⁊ facit multas diuisiões ⁊ discordias inter christianos. Iste diuisit ⁊ ꝓcurauit olim scisma in ecclesia: diuisit regna et reges: principes ⁊ barones dños et vasallos. O quot ducit iste ꝓditor secū ad infernum. Ideo christus non cogendo liberum arbitrium: sed dando cōsilium dicit Pacem relinquo vobis: pacem meaz do vobis. non quomodo mundus dat Joā. xiiij. Et iō in natiuitate dñi iesu xpi angeli cantauerūt: gloria in excelsis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. Luc. ij. Et in sua cōuersatione salutabat dicendo semp. Pax vobis. Et sequit. Nō turbetur cor vestrum scilicet vnus contra alium ⁊c. Septimus capitaneus dicitur astaroth: qui tentat de accidia: De quo. i. Reguz. vij. Auferte deos alienos de medio vestri baalim. ⁊ astaroth. Iste cū exercitu suo ⁊ bannerio cū titulo de accidia ⁊ ociositate discurrit ꝓ mundū. Et iste ꝓditor tantam accidiā posuit in mundo ꝙ pauci sunt qui de his que ad aiam pertinent curant: immo min⁹ appreciāt animā ꝙ paleā. Per totuz annum laboratis pro corpore: ⁊ modo in isto sancto tēpore quadragesime nescitis modicum laborare pro anima confitendo ⁊ penitentiam faciendo. Sed quilibet expectat confiteri vltima die: cū tamen in prima esset cōfitendum: ⁊ hoc de ꝛsilio ⁊ cōgruo. Item accidia circa cōionē cōmittit a nōnullis que dz fieri in paschate tunc recipiendo xpm: vt in celo cōcantes recipiant a xpo Sed si xps precepisset nobis recipere venenum amore sui: facere deberem⁹: ⁊ precipit recipere corpus suū intra hostiā: et nō facimus: nōne magna est negligētia: ⁊ Et ideo dicit scriptura. Quodcūqz facere pōt manus tua instāter operare: quia nec opus nec ratio nec sapiētia nec scientia erunt apud inferos: ꝙ tu supple accidiose ꝓperas. Eccl's. ix. Ecce quare dicit thema. Assumpsit septē alios spirit⁹ nequiores se. Deo gratias.

¶ Fer. v. post Innocauit. Ser. ꝑmus.

Docebat iesus ad cos qui crediderunt ei iudeos. io. viij. Sanctum euangeliuz hodiernū continet vnam magnā et solēnem disputationē ꝙ fuit inter xpm ex vna parte: ⁊ iudeos ex alia. Et ratio disputationis fuit: quia iudei habebant tā tam superbiā ⁊ maliciā ⁊ indignationez ꝙ offuscabāt intellectū: intantū ꝙ nō credebant xpo de veritatibus. ⁊ si aliqñ credebant ei subito non durabāt. iō xps voluit disputare cū eis vt remoueret ab eis illā superbiā. In ꝙ disputatione xpus fuit arguens ⁊ iudei respondētes. Et fecit ꝗt tuor argumenta. Et primo arguit contra eos ꝓpter superbiam quā habebant.

Primo propter libertatem maternalē.

Scō ꝓpter nobilitatem paternalem.

Tertio ꝓpter altitudinem diuinalem.

Quarto ꝓpter maliciam criminalem.

¶ De ꝙ disputatione dicit thema. Dicebat ad eos. s. arguendo ꝙ crediderunt ei iudeos scz leuiter mobiles. Quantuz ad primū argumentum quod fecit xps contra iudeos sciendū ꝙ arguit contra eos ꝓpter eoꝝ superbiā quam habebāt ꝓpter libertatē maternalē. Dicat qsio omnes iudei fuerūt filij Abrahā: ꝙ habuit duas vxores ex diuina dispensatiõe. Una libera ram. s. Sarrā ⁊ aliā ancillā. s. Agar. Judei aūt venerūt de libera ꝓ ysaac. Ecce libertas maternalis. de qua se extollebāt nō modicū intātū ꝙ dimittebant facere bona opa dicētes ꝙ sine opib⁹ bonis cō sequerenť bñdictionē eis ꝓmissam per ysaac. vt ꝓz Gen. xvij. ⁊. xxj. c. vbi ōt dñs ad abrahā. Sara vxor tua pariet tibi filiū vocabisqz nomē eius ysaac. ⁊ ꝛstituā pactū meū illi in fedus sempiternū ⁊ semini ei⁹ post eū. Ista supbia ita captabat corda eoꝝ ꝙ radi⁹ veritatis xpi nō poterat introire. iō xps arguēs cōtra illos ꝙ leuiter crediderāt: ⁊ leuiter credentiā amittebant dixit. Si vos mānseritis in sermone meo vere discipli mei erit[is]: ⁊ cognoscetis veritatē: ⁊ veritas liberabit vos. Ecce qualiter tangebat eos in fine. Qui statiz surrexerunt supbe respōdēdo. Semē abrae sumus ⁊ nemini seruiuimus vnq̄. Quō tu dicis liberi eritis. Et xps volens eos expellere ab illa supbia replicando dixit eis. Amen amen dico vobis: qz ois ꝙ facit pctm seruus est pcti. Seruus aūt non manet in domo in eternū: filius aūt manet in eternū. si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritis. Ecce vna rō quare dicit: cathene culpe tenent vos alligatos Nota hic qualiter ꝑm mēbrū per qō homo peccat in illo anima ligatur que hz oia mēbra spūalia ꝙ hz corpus corpalia Verbi gratia. persona peccat etiā iurando vel diffamando: eo qz ista verba transeunt ꝓ collū: anima ligať cū cathena per collū habēte caput i inferno. Idem si hō peccat manibus: ⁊ sic de alijs mēbris. iō qñ anima ipenitēs exit a corpore cathenis ꝛstringitur: ⁊ demones trahunt per cathenas impenitētiū aias. De his auctoritas. Iniq̄tates sue capiunt impiū: ⁊ funibus peccatoꝝ suoꝝ cōstringit. puerb. v. Ideo dicebat xps in maiori ꝓpositiõe Amen amen dico vobis: quia ois qui facit peccatū seru⁹ est pcti. Cuz ergo iudei fuissent i magnis peccatis: ideo erāt serui captiui: ⁊ licet caro esset libera: tñ non ex hoc dicendi sunt liberi. Sicut ille qui patiť in capite: ⁊ in toto corpore patiť sic infirmatur: si habz pedē sanum nō ex hoc dicend⁹ est sanus. Sic etiā si anima que est pars principalior corporis sit ca ptiua ⁊ corp⁹ liberū: nō ex hoc dicendus est homo liber: nam spiritus viuificat: caro aūt nō ꝓdest quicq̄. Jo. vj. Scōa ratio christi fuit ista. Seruus autē nō manet in domo in eternū: filius autē manet in eternū quasi dicat vos scitis que differentia est inter filium ⁊ seruū. Nā seru⁹ vadit ad labores extra: filius autem liber manet in domo. Judei ꝓpter generationē carnalē non habebant stare nisi in agris scz in hoc mūdo ex lege moysi: ꝛz filij dei stabunt in domo dei in eternū. Jō dixit xps. Si autem filius vos liberauerit. s. a cathenis culpe ⁊ a miserijs huius mūdi: vere liberi eritis. at illi tacuerunt. Moraliter nota hic ꝓ nobis quib⁹ dc⁹ fecit gratiam dando remedia vt frangamus cathenas peccatoꝝ q̄ frangunť in confessione sacramentali: quando enim cōfessor absoluit tunc alia est libera a pec

catis mortalibus. Et quando intrat paradisum est libera ab omnibus miserijs Ergo laboretis ꝓ liberatiõe anime quãtum laboraret quis pro liberatione filie sue si esset captiua: vel ꝓ liberatione corporis sui vel filij sui ꝛc.

¶Secundum argumentum christi fuit contra superbiã quã iudei habebãt propter nobilitatẽ paternalẽ. Dicatur quomodo iudei sicut erãt filij Sarevxoris liberę:ita erant filij Abrae nobilis hominis qui fuit initiũ virtutũ ꝛ cognitionis dei. Cui dixit deus. Benedicaz tibi ꝛ magnificabo nomẽ tuuz:ꝛ eris benedictus. benedicã benedicentib⁹ tibi ꝛ maledicã maledicentib⁹ tibi atqz in te benedicentur vniuerse cognatiões terre. Gene.xij. Judei aũt nõ modicã habebant supbiaz quia erant generis abrae:ꝛ despiciebãt penitentiã dicendo ꝙ sine penitentia haberent benedictionẽ abrae promissam et semini eius. Quod christ⁹ arguendo cõtra eos dixit. Scio ꝙ filij abrae estis:sed queritis me interficere:et sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud pr̃em hoc loquor:ꝛ vos que vidistis apũ patrem vestrum facitis. Responderunt. Pater noster abraam est. Dixit eis iesus Si filij abrae estis opa abrae facite. Nota sermo meus non capit in vobis: quia vas plenum non potest aliquid recipere nisi euacuetur. Sic iudei qui erant pleni superbia non poterant recipere verba christi:despiciẽdo penitentiam quam ipse predicabat. Jdeo ioannes baptista dicebat eis. Facite ergo fruct⁹ dignos penitẽtie. Luce.iij. Uos que vidistis apud patrem vestrum facitis quasi christus innuat in his verbis ꝙ pater eorum fuisset malus homo. Jpsi autem iudei respõdẽrũt xp̃o dicentes. Pater noster abrae est Tunc xp̃s arguens dixit. Si filij abrae estis opa abrae facite. Nũc aũt queritis me interficere hominẽ ꝙ veritatẽ vobis locutus sum quã audiui a deo hoc abrahaz nõ fecit. Jdeo vos degeneratis:qz abrae erat nobilis homo:nõ ex parte carnis:qz de genere idolatrarũ:sed ex parte anime erat nobilis ꝛ virtuosus:nec vos estis ei similes. Moraliter in isto defectu iudeorũ sũt mõ multi xp̃iani q̃ se appreciãt de nobilitate generis:qz de antiquo genere taliũ ꝛc. tales sũt similes iudeis. Nota nobilitas quasi notabilitas. dicatur q̃d est nobilitas ꝛ qualiter icepit nobilitas. Quando aliquis faciebat aliquã rez notabilez in seruitio regis vel imperatoris ex hoc rex vl imperator faciebat ipm nobilẽ. Qui ergo appreciant se de nobilitate ꝛ nõ tenẽt vitã nobilem ꝛ nobiliũ virorũ:sed ribaldoꝝ ꝛ lenonum:non debent dici nobiles:qz degenerãt. Nobilis est ille qui viuit nobiliter appciando se ne mẽtiatur ne inferat damnum alicui qui defendit veritatem cõmunitatem:pupillos viduas ꝛ miserabiles personas. Et nota q̃d accidit rome duob⁹ hominibus quorũ vnus erat nobilis antiquus de troia: sed erat ribaldus ꝛ male vite. Alius ex quadã victoria quã habuit fact⁹ fuit nobilis nouiter ab imperatore:ꝛ cuz semel ambo cõtenderent:dixit nou⁹ nobili antiquo. Jn me icepit nobilitas ꝛ in te finitur. Dicaꝫ hic de effraym q̃ fuit nobilis fili⁹ ioseph ꝛ dñs egypti:ꝺ quo filius eius effraym habebat superbiã. de quo dicit dñs. Diſperdã effraym:qñ de⁹ ego ꝛ nõ homo. Et auolabũt quasi auis ex egypto ꝛ q̃si colũba de terra assyrioꝝ:ꝛ colligabo eos i domib⁹ suis. Osee.xj. Cõcordat scriptura noui testamẽti. Deus supbis resistit:humilib⁹ aũt dat gr̃am. Jac. iiij. Tertiũ argumẽtuz xp̃i fuit cõtra superbiã quã habebãt de altitudine diuinali. Dicaꝫ quõ oẽs gẽtes ꝛ natiões mũdi erãt idolatre:ꝑter iudeos q̃ solũ adorabãt deũ altissimũ nõ factũ manib⁹:sed factorẽ omniũ rerũ. Ex altitudine ista in dei credebãt nullum alium saluum fieri posse nisi ipsos propter fidem quã habebant de deo propter qꝺ dicebant non eẽ necessariuz facere bona:qz fides sufficiebat. Sed contra eos dicit beatus Jacob. Quid proderit fratres mei si fidẽ dicat qs se habere:opa aũt nõ habeat. Nũqd fides poterit saluare eũ. quasi dicat non Jac.ij. Jdeo xp̃s arguẽdo ꝛtra eos dicit. Uos facitis opera p̃ris vr̃i. q. d. ipos habere aliquẽ patrẽ cui assimilant. Rñderũt iudei. Unũ patrẽ habemus deũ. Ecce superbia de altitudine diuinali. Xp̃s autẽ volẽs eos educere de hac supbia dixit eis. Si deus pater vester esset diligeret̃ me vtiqz. Ego eñ ex deo processi ꝛ veni. Neqz eñ a meipoveni:sed ille me misit q̃ re loquelã meam nõ cognoscitis:qz non potestis audire sermonem meum. Nota quare loquelã meã nõ cognoscitis. Jam scitis ꝙ persona maxime cognoscit in loquela cuius patrie sit. Nã si loquit gallice: gallicus ꝺr ꝛc. Jta fuit cognitus btũs Petrus in nocte passiõis xp̃i ꝙ esset galileus. Cui dictũ est. Uere tu ex illis es. nã et loq̃la tua manifestũ te facit. Mat.xxvj Nõ videamus loquelã xp̃i ꝛ moysi. Nã moyses loquebaꝫ linguagiũ terrenũ pro mittẽs eis solũ terrena. Jdeo ꝺr. Qui de terra est:de terra loquit. Joã.iij. Xp̃s vero loquebaꝫ linguagiũ celeste:qz nihil ꝙ mittebat i hoc mũdo terrenũ:immo predicabat ꝙ despicerent terrena. Nam totum p̃dicabat de celo ꝛ de gloria angelorum solũ ꝑmittens celestia. ideo dicebat Quare loquelã meã non cognoscitis? Jõ btũs Joãnes post̃ꝫ locutus fuit de moy se ꝺi. Si q̃ de terra est de terra loquit. Et loquẽs de xp̃o dixit. Qui de celo venit super oẽs est. Joã.iij. Et sic vicit cos xp̃s ratione. Moraliter:si vultis cognoscere per sonã cui⁹ patrie sit:attẽdatis ad loquelã eius. Nam tres patrie sunt. s. celi: terre: et inferni. Linguagium celi est laudare deum:et ipsum benedicere. Jdeo Dauid in p̃s. Beati qui habitãt in domo tua domine:in secula seculorum laudabunt te. Ps.lxxxiij. Qui ergo laudãt deũ:vt bon⁹ religiosus clericus vel laicus:possumus dicere. Uere tu ex illis es. s. de paradiso. nã ꝛ loquela ꝛc. Linguagiũ huius mũdi terrenũ est:hoc est loqui de terrenis negocijs ꝛ tẽporalib⁹. Nã q̃ de terra est ꝛc. Linguagiũ inferni est renegare:maledicere ꝛ blasphemare.iõ dicitur. Estuauerunt hoies estu magno:ꝛ blasphemauerunt nomen dei. Apoc.xvj. Nñ ergo vos maledicitis:iuratis:et blasphematis:clare ostenditis ꝙ estis patrie inferni. Et qz xp̃s non loquebaꝫ loquelã inferni: blasphemãdo nec terre:sed loquelã paradisi Jõ dicebat. Quare loq̃la mea ꝛc. Quartũ argumentũ iesu xp̃i cõtra iudeos fuit de malicia criminali:vicẽdo. Uos ex patre diabolo estis ꝛ desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio:et in veritate nõ stetit: qz non est veritas in eo. Cũ loquitur mendaciũ ex ꝓprijs loquitur:qz mendax est ꝛ pater ei⁹. Ego aũtẽ si veritatem dico: non creditis mihi. Hic iesus xp̃s ponit tria pcta diaboli:in quibus videtur ꝙ iudei assimilabãtur ipsi diabolo. Et primũ peccatum est inuidia ex qua tentauit adam. Et ex isto peccato secuta est necessitas moriendi in genere humano. Et ideo dicit. Per vnũ hominẽ pctm̃ in hunc mundũ intranit:et per peccatũ mors. ad Rom̃.v. Jdeo dicit de diabolo xp̃s. Ille homicida erat ab initio. Ecẽm pctm̃ diaboli est mendacium. Tertiũ qz est psecutor veritatis. Dixit ergo iesus xp̃s iudeis. Uos ex patre diabolo estis qz sicut ille ex inuidia procurauit mortẽ ade: idẽ vos ex sola inuidia procuratis mihi mortẽ. Scẽo qz sicut diabol⁹ cũ loquit mẽdacium:ex ꝓprijs loquit: sic ꝛ vos me diffamãdo: qz iudei dicebãt de iesu xp̃o. Ecce hõ vorax est et potator vini:publicanoꝝ ꝛ pctoꝝ amic⁹. Mat.xj. Itẽ nos scim⁹ qz hic hõ pctor est ꝛc. Tertio qz diabolus est psecutor veritatis:de ipso dicẽte xp̃o. Jn veritate nõ stetit. Augu. Bñ fuit in veritate. Nota q̃liter deus posuit luciferũ sup oẽs creaturas:ꝛ ipse voluit se pacificari deo per suã superbiã et sic nõ stetit in veritate: sed apostatauit ꝛ fecerat. sic ꝛ vos dixit xp̃s iudeis nõ statis in veritate a me audita. Moraliter habemus hic doctrinã vt fugiamus nõ solum mendacium pernicio sum quod est peccatum mortale:sed etiã iocosum:qz etiã est pctm̃: quia per nullã causam ꝛ pro nulla re est dicendũ mendaciũ. Unde dauid in p̃s. Perdes oẽs q̃ loquunt mendaciũ. in p̃s.v. Itẽ Sap̃.i. Os qꝺ mentitur occidit aiam. De istis argumentis loquitur thema. Dicebat iesus ad eos q̃ crediderunt ei iudeos. Deo gr̃atias.

¶ Feira.v.post Innocauit. Sermo.ij.

Si māseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis. Joã.viij. Materia presentis sermonis erit quõ poterim⁹ esse boni discipuli xp̃i Magnũ q̃d est esse magistrũ i theologia vel ẽm vel archiepm:vel cardinale: vel papã: sed multo magis est esse discipulũ xp̃i. Credo ꝙ erit materia vtilis et profi cuosa. Sed vt deo sit placabilis ꝛ gratiosa:salutẽq̃ virgo gloriosa ꝛc. Si māseritis Semel fuit questio facta indeis per vnũ bonũ hoiem de materia qua volo vobis p̃dicare. Nunqd vos vultis discipuli ei⁹

fieri? Joñ.ix. Judei aũt indignati maledi xerunt ei dicentes. Tu discipulus ei⁹ sis: nos moysi discipuli sumus. O stulti. Su per hoc dicit Augustinus. In me sit dñe ista maledictio: vt sc̃z sim discipulus tu⁹. Credo q̃ quilibet vestrũ responderet. O vtinã essem discipulus suus. Propterea volo vobis nunc ostendere quot modis: et quibus poteritis fieri discipuli eius si vultis. Et inueni octo virtutes seu condi tiones huius nobilissimi discipulatus. s.

Credentia principalis.
Obedientia generalis.
Penitentia sacramentalis.
Patientia virtualis.
Beniuolentia cordialis.
Benificentia liberalis.
Diligentia spiritualis
Perseuerantia finalis.

¶ Si vultis esse discipuli xp̃i: habeatis aliquã istarũ virtutũ. De vltia dicit thema. Si manseritis ꝛc. Prima virtus que facit hoiem esse discipulũ xp̃i est credentia principalis. s. credere firmiter articu los fidei ꝛ non dubitare in aliquo: sic est homo discipulus christi. Nota q̃m in om ni schola cuiuscũq; facultatis oportet di scipulũ simpliciter credere magistro: ma xime in primis principijs. Uerbi gratia. Prima principia literarũ sunt. xxiij. Ideo q̃si magister dicit discipulo: ista litera est a. ista litera est b. discipulus dz sibi crede re: quia si vellet dicere: quare ista litera a est magis a q̃ ista littera b. vel ecõuer so: vapularet a magistro. Ideo philoso phus. Opz addiscẽtẽ credere. Jta etiã de schola christi sc̃z ecclesia: quã scholaz in trant xp̃iani in baptismo que habet duo decim principia. s. duodecim articulos fi dei contentos in Credo maiori quoꝝ ali qui pertinent ad christi diuinitatem: ali qui ad christi humanitatez. Et quia sunt multi infideles qui nolunt ea credere: iõ non sunt discipuli christi. Si ergo vultis esse discipuli christi: credatis ista duode cim principia fidei simpliciter sine cõtra dictione: disputatione: ꝛ dubitatione. Au ctoritas. Manifestauit gloriã suam: ꝛ cre diderunt in eum discipuli eius. Joan. ij. Nota manifestauit gloriã sc̃z in his duo decim articulis. Scõa virt⁹ que facit ho minem esse discipulũ xp̃i est obediẽtia ge neralis sc̃z obedire ꝛ seruare omnia que xp̃s mandat ꝛ p̃cipit gñaliter sine cõtra dictione: ꝛ nõ facere ꝺ eius p̃ceptũ. p̃ ali quo lucro habendo: vel bono: vel offic̃o: vel dignitate: talis est discipul⁹ xp̃i ver⁹. Rõ: q̃m tanta est dignitas huj⁹ magistri: q̃ opz sibi obedire in oib⁹ etiã ꝺ oẽs p̃sonas mũdi: ita q̃ si p̃ vel mr̃ vel oẽs parẽ tes vel amici: imo etiã papa vl̃ rex essent ad vnã partẽ mandãtes facere aliq̃d qõ est contra p̃ceptũ magistri xp̃i: magis est obediendũ soli xp̃o q̃s his oib⁹. Auctori tas. Legit Lu. xiij. q̃ cũ xp̃s iret p̃dican do de loco ad locũ: magna turba hoim ꝛ mulierũ seq̃bat ipsum: neq; mirũ. Et con uersus iesus dixit eis. Quid vultis? Co gitate quõ rñderunt. Dñe volumus esse vestri discipuli. Et dixit ad illos. Si quis venit ad me ꝛ nõ odit patrẽ suũ et matrẽ et vxorem et filios ꝛ fratres aut sorores: adhuc aũt ꝛ aiam suã: nõ p̃t me⁹ esse di scipulus. Sed cũ deus p̃cipiat honora re parẽtes ꝛ diligere vxores ꝛ filios ꝛ ani mã suã: quare ergo xp̃s dixit Si ꝺs vult ꝛc. Rñdeo q̃ hoc intelligit sic: q̃ si pater: mater vel vxor aut sensualitas p̃pria vo lũt q̃ tu facias aliq̃d cõtra p̃ceptũ xp̃i: tũc odisse patrẽ: matrẽ ꝛc. ꝛ dicere nescio vos: deificũ est. Uerbi gra. Si pater tuus dicat tibi. fili: fac vindictã de tali iniuria mihi facta a tali ꝛc. Debet dicere filius. Pater: nõ facia. q̃ magister me⁹ xp̃s prę cepit oppositũ. Ecce quõ intelligunt ver ba xp̃i odite patrẽ isto mõ. Jdẽ de matre et vxore: de filijs ꝛ fratre ꝛ amico: etiã de p̃pria sensualitate q̃ inclinat ad delecta tionẽ ne p̃ ea faciatis aliq̃d contra prece ptũ xp̃i. Ecce quid est obedientia genera lis: ideo auisetis. Tertia est penitẽtia sa cramentalis. Tãta est virtus penitentie q̃ de discipulo diaboli facit discipulũ xp̃i Quãdiu homo est in peccato mortali et mala vita: homo est discipulus diaboli ꝛ paratus intrare scholam inferni. Sed si homo vult facere pniam sacramentalẽ. s. pterẽdo de pctis dicẽdo. O miser ergo sus religiosus ꝛ nõ seruani regulã ꝛc. Jdẽ de laicis ꝛ clericis fitẽdo pctã: faciẽdo pniaz datã a cõfessore. Talis pnia sacrallis fa cit hoiem discipulũ xp̃i. Ecce ẽsta virtus penitentie. Auctoritas. Qui non baiulat crucẽ suã ꝛ venit post me: non potest me⁹ esse discipul⁹. Luce. xiiij. Nota crucẽ suã non dicit crucẽ meam. Quilibet christi

anus portat crucẽ xp̃i signando se: sed nõ saluaretur nisi portaret crucẽ propriam: sc̃z penitẽtie. Crux dicitur a cruciãdo: iõ significat crucẽ penitentie que cruciat pe nitentẽ. de qua dicit xp̃s. Qui non baiu lat crucẽ suã ꝛc. Et sicut crux xp̃i habuit quatuor brachia tanq̃ quatuor partes principales: sic crux xp̃iane penitẽtie ha bet quatuor brachia. Primũ surſum est cõtritio que debet esse surſum per respe ctum ad deũ quem peccãdo ostendit: ala dolere de peccatis ꝓpter periculũ vel ve recundiã vel perditionẽ bonoꝝ vel fame nihil valet: q̃ nõ est cõtritio. Brachiũ dex trum est bonũ propositũ viuendi decete ro ꝑm diuinã ordinationẽ: et non ꝑm suã inclinationẽ. Brachiũ sinistrum est oris confessio. Sic esñ mundatur camera pe nitẽtie a stercore peccatoꝝ. Brachiũ in ferius quod sustinet totũ pondus est sa tiſfactio: que portat totum onus ieiunio rum oratiõnum: vigiliarum: elemosinaꝝ ꝛc. Jsta crux est nostra. De qua dicit apo stolus ad Gal. v. Qui christi sunt supple discipuli: carnẽ suam crucifixerũt: supple in cruce penitentie. Ecce quare dicit xp̃s Qui non baiulat. i. accipit crucẽ suam ꝛc Quarta est patientia virtualis sc̃z patiẽ ter sustinere aduersitates: dolores: infir mitates: paupertatem et miserias: nõ re cipere amaritudinẽ cordis: nec murmu rare cõtra deũ: sed cõmittere se deo: quia ipse scit quibus indigemus ꝛ quid nobis expedit: ꝛ sic homo fit discipulus xp̃i. Rõ q̃m magister ꝛ dñs noster xp̃s patienter sustinuit aduersitates: tribulationes: et persecutiones. iõ vult vt sui discipuli assi milent sibi. Uidet xp̃s tenere modũ quo rundã antiquorũ philoſoꝝ q̃ per patientiã volebãt illos ꝑare q̃ volebant esse discipuli. Signãter legit de pytagora philo q̃ q̃n aliqs volebat esse discipulus suus pri mo faciebat ipm ad portã schole expecta re. Deinde faciebat ipm ab aliꝭ vituperа ri di. Et q̃s ea tuſ Rñdebat. Uelle esse di scipulus huj⁹ magistri ꝛ philo. Et illi. Ua de ad trahẽdũ aratrũ rustice ꝛ hmõi. Si erat patiẽs: recipiebat ipm in discipulũ: alꝭ nõ. Hũc modũ seruat ille magn⁹ ma gister ꝛ doctor xp̃s in sua schola. Q̃n ali qua pſona ꝑponit in corde suo tenere bo nam vitã ꝛ sanctã: signũ est q̃ vult esse di scipul⁹ xp̃i. O dicit xp̃s: expecta modicũ: opz vt ꝓberis de patientia. Statl aliꝭ vi tuperãt eũ di. O qualis hypocrita: fanta ſticus: fatuus ꝛc. Si in his ꝓbis iniurio ſis habet patiẽtiã: bñ stat: iõ vult adhuc vt ꝓbetur magis per ictus siue ꝓbera. s. infirmitatũ: doloꝝ ꝛc. Sed vos murmu ratis dicẽdo. O miser: q̃d est hoc ante nõ sentiebã ista: ideo teneatis fortiter: q̃ tũc xp̃s recipiet vos i discipulũ suũ. Hoc etiã mõ deus pater ꝓbauit filiũ suũ xp̃m lz iã sciret quid esset in eo: ꝛ vt nobis xp̃m da ret in exemplũ patientie: ideo dicit xp̃s. Mat. x. Non est discipulus super magi strum: nec seruꝰ sup dñm. Sufficit disci pulo si sit sicut magister ei⁹ ꝛ seruo sicut dñs ei⁹. Si patrẽfamilias beelzebub vo cauerũt quãto magis domesticos ei⁹. i. discipulos. Quinta virtus est beniuolen tia cordialis. Uult magister noster iesus xp̃s q̃ sui discipuli nõ habeãt discordias diuisiones: vel rixas: sed q̃ cõcorditer vi uãt. Rõ: q̃ magister pacis ꝛ charitatis et dilectionis nõ vult in schola sua discipu los maliuolos ꝛ discordes. Ideo ois vil la seu cõmunitas pacifica est schola xp̃i Et ois cõitas diuisa est schola diaboli: iõ dicit xp̃s. Joã. xiij. In hoc cognoscẽt oẽs q̃ mei estis discipuli si dilectionẽ habue ritis adinuicẽ. iõ debent pacificari de re mittẽdo iniurias. ꝛ quãto maior est iniu ria q̃ remittit̃: tãto magis placet deo: ala schola inferni est parata: vbi continue et semp se iniuriant. Sexta est benificentia liberalis. s. de mutuo iuuando tam in bo nis tpalib⁹ q̃m spũalib⁹. Rõ q̃m sicut ma gister schole hz multos scriptores captiꝝ nos ꝛ liberos: nõ decet discipl̃os nobiles esse tenaces ꝛ auaros cũ ignobiles libe rales sint. Tot⁹mũdus est schola magi stri xp̃i: cui⁹ scriptores ꝛ ancille sunt oẽs creature insensibiles. Dauid. Ordinatio ne tua ꝑseuerat dies: q̃m oia seruiũt tibi ps. cxviij. Sol ad instar captiui: q̃ nihil potest facere nisi quantũ deus vult. q̃ iuſ su dñi portat nobis lumẽ de die ꝛ luna de nocte qui dãt nobis quicq̃d de⁹ dedit eis Jdẽ de aliꝭ planetis ꝛ elementis q̃ libe raliter cõicant ꝛ ministrant quicquid ha bent. Quãto ergo magis discipuli q̃ sunt creature nobiles ꝛ rationales debẽt esse liberales amore magistri: dãdo vel mu tuãdo sine vsura: vel emẽdo nõ min⁹ ꝓ pter denarios ꝓptos: necvẽdẽdo plurꝫ

ppter spem ⁊c. Ex his efficit hō discipulus xpi. Auctoritas. Dis exvobis q̄ nō renunciat oibus q̄e possidet: non pōt me⁹ esse discipul⁹. Luce. xiiij. Hec auctoritas habet duos intellectus: q̄ nisi bene intelligatur: daret occasionē errādi. Duo modi sunt discipulox xpi. Primus est ap'lorum ⁊ tenentiū vitā apostolicā: ⁊ isti renūciant ⁊ dimittunt oia. Mat. xix. Ecce nos relinquimus oia: et secuti sumus te. Hoc mō intellectus predicte auctoritatis: dis exvobis clarus est. Scōs modus discipulox est bonox xpianox q̄ nō obligant di mittere oia primo mō: sz volūt dimittere oia quantū ad pprietatē: qz pñt habere pprietatem: sed nolunt habere singularitatē: scz q̄ illud qō habēt solū seruiat eisingulariter: imo volūt dare alijs ppter deū. Ecce q̄d est dñicēcia cordialis. ¶ Septima est diligentia spūalis scz q̄ simus diligētes in operib⁹ spūalibus: qz nō sufficit facere opus spūale: sed etiā fiat cū diligentia. Religiosus nō solū tenēt facere id qō dicit regula ⁊ cōstitutiōes: sz q̄ faciat illa diligēter. Idē de psbyteris ⁊ laicis qui nō tm̄ in dñica die tenēt audire missaz: sz etiā cū diligētia: vt sint in p̄ncipio misse. Itē nō sufficit pfiteri: sz cū diligētia iā in p̄ncipio quadragesime. Itē nō sufficit dicere pniam: sed q̄ dicāt cū diligētia gemibus flexis: qz supplicat regi vel pape xpo Itē cū diligētia cōicare. Itē cū diligentia elemosynam dare. Talis diligētia facit hoiem discipulū xpi. Rō: qz magister diligēs ⁊ nobilis nōvult discipulos somnolētos vl negligētes: sz vult q̄ sint diligētes Auctoritas. In hoc clarificat⁹ est pr̄ me⁹ vt fructū plurimū afferatis: ⁊ efficiamini mei discipuli. Jo. xv. ¶ Octaua virtus est perseuerantia finalis: de qua loquit thema. Si manseritis ⁊c. ergo necessaria est perseuerātia finalis. In studijs generalibus q̄n magistri ⁊ doctores incipiūt legere: sz in festo sancti Luce: tota schola est plena discipulis: sz in medio anni sūt valde pauci: in fine aūt quasi null⁹ remanet ideo sunt multi inutiles discipuli solum sciūt p̄ncipiū libri: modicū de medio: ⁊ de fine nihil sciūt nisi illi q̄ pseuerāt. Sic de libro vite qui est scta vita bona ⁊ deuota multi incipiūt et sciūt p̄ncipiū bone vite: ed paulatim deficiūt: ⁊ nesciūt finē libri bone vite: ideo tales non intrant scholā paradisi: sed illi qui bene incipiunt meli⁹ continuant et optime finiūt: sunt boni discipuli et veri xpi. ppter hoc dicit xp̄s. Si manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis. Et q̄n bonus discipulus xpi intrat aulā paradisi: statim deus dat sibi duas chartas. s. diuinitatis et humanitatis: in quo homo recipit maiorē sciētiam quā habuerūt in hoc mūdo phi vel doctores. Aug. Nec scientia habet ex studio libri bone vite: ideo est necessaria p̄seuerātia finalis. De hoc dicit euā g. Hodiernū. Dicebat xp̄s ad eos q̄ crediderūt et indeos: scz fidei catholice in hoc ⁊c. Si māseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem.

¶ Feria. vj. post Inuocauit. Ser. vnicus

Ecce sanus factus

es: iam noli peccare. Habet textualiter. Jo. v. Et officiak in cuāge. hodierno. Sanctū euangeliū hodiernū cōtinet vnū miraculū et grande ⁊ excellens. Nā quidā paralyticus sanus factus fuit per iesum xp̄m: q̄ triginta octo annis tenebak in infirmitate: et hoc solo ipsius p̄cepto: sicut ⁊ solo verbo mūdus factus est: et continet tria miraculosa secreta: et est

primum locus vbi factum est.

Secundū quomodo factum est.

Tertium ad quem finem factum est. Et de isto vltimo loquit nostrū thema. s. vt alia isti⁹ infirmi curata caueret se a peccato: ⁊ iō dixit. Ecce sanus fact⁹ es ⁊c. qō fuit thema. In quib⁹ quidē ꝑbis erit nostet sermo. Et primo videam⁹ de loco. Dicitur igit in euāgelio. Est aūt hierosolymis ꝑbatica piscina. Appellak piscina: et hoc latine. ꝑbatica grece: hebraice bethsaida. Et ꝺr piscina a pisce sz per cōtrariū qz nō erant ibi pisces: sicut ꝺr in ecclesijs piscina vbi aqua lauacri mittit: ⁊ tñ non sunt ibi pisces. Grece ꝺr ꝑbatica. Nā probaton grece ꝺr ouis latine: q̄n in illa lauabantur oues que in templo offerebantur. vñ ꝑbatica. i. ouina. Hebraice ꝺr bethsaida a beth quod est domus: ⁊ saida qō est gregis siue pecudis. vñ bethsaida dicitur idē qō domus pecudū. Et ista piscina notari ideo meruit ppter virtutē ipsi⁹: qz in certo tēpore anni angelus descendebat ad renouendū aquā vt hr̄ in textu. Et qui primus attingebat aquā post descēsionē āgeli ⁊ reuolutionē aque: ille curabatur tm̄ de quacūq; specie ifirmitatis detent⁹ esset: ⁊ ideo qz xp̄s ignorabak rectores ciuitatis hierl'm fecerunt fieri quinq; porticus in quibus infirmi habitarent. In vna leprosi: in alia scabiosi: in alia febricitates: in alia paralytici: i alia vero vniuersi alij infirmi. Et illi qui non poterāt ire ducebanť ab aliquibus alijs ad piscinā: vt quilibet citius posset sanari. Et hec historia continet secreta et per questionē pōt declarari. Queritur ergo vñ tātā virtutē ista piscina habebat q̄ toties quoties angelus descēdebat ad mouendum aquam q̄ habebat illā virtutez Dico q̄ hic sunt tria secreta.

Et primū est vt ostendak virtus sancte crucis ⁊ passionis iesu xp̄i.

Scōm est vt ostēdak virtus baptismi.

Tertium virtus confessionis.

terrenas affectiões habitationē meam. ideo qñ deus cōmisit aplis executionē ꝛ post suā resurrectionē declarans eis suā intentionē:ꝛ qui voluit dicere sup̄ terram dixit. Accipite spiritūsanctum quoꝝ remiseritis peccata. Jo.xx. ℣ Nota accipite spiritūsanctū.q.d. in absoluendo non moueamini amore vel timore terrenali: sed affectione spiritussancti. Sed multi miseri ꝓfessores ponūt se ifra terrā:qz nō respiciūt nisi amatorem carnalem :vel vt habeant pecunias ꝛc. Hanc ptātem non cōmisit deus hoibus ante suā incarnationem:immo dicebāt iudei ꝛ bñ. Quis potest peccata dimittere nisi solus deus Mar.ij. Sed exquo deus fecit se hoiem ꝛ assumpsit sorozē nostram.s.humanitatem in tanta ꝓiunctione q̄ iam non sunt duo:sed vna ꝑsona volunt exaltare homines cōmittens eis posse diuinum.s. remittere peccata. Ecce ratio quare sacerdotes habent tantā ptātem. Patet etiaz rñsio ad illos qui dicunt. O benedictuz tempus erat antiqtus qz nō oportebat ꝓfiteri peccata:immo erat maledictū rēpus:qz deus non fecerat magistros rōnales:qz ipe erat ita terribilis⁹ durus q̄ neminē absoluebat vt haberet gloziam. ¶ Tertia doctrina est de exaudibili oratione.s.quē modū debem⁹ tenere in nris orationibus vt exaudiamur: ibi. Iterum dico vobis:qz si duo ex vobis cōsenserint sup̄ terrā:de omni re quācunqz petierint fiet illis a patre meo q̄ in celis est. Hic dāt multe expositiones: sed accipiā illaz que magis facit ad itellectū ꝛ ꝓcordat cū tertu. In dicta autoritate ponuntur tres ꝓditiões. Prima ibi. Si duo ex vobis cōsenserint. Isti duo sunt cor ꝛ lingua:q̄ debent ꝓsentire.i. ꝓcordare in oratiōe:si oz exaudiri:qz nō est dāda lingua deo:ꝛ cor mūdo de mūdanis cogitādo. Qz talibus ꝑplis dicit xp̄s. Ꝑp̄s ꝫ labijs me honorat:cor aūt eoꝝ lōge est a me. Sine cā.i. sine vtilitate colunt me. Matth.xv. ideo aplus. Si orem lingua:supple tm̄.mens mea sine fructu est.i. Cor.xiij. Cyprianus. Qūo de⁹ exaudiet oronez tuā quaz tu nōvis audire. Nec est cā quare multeties nō exaudimur in nostris orationib⁹ qz ista duo.s.linguaꝛ cor nō concordant. Petitis ꝛ nō accipiet, eo qō male petat. Jac.iiij. ideo Augu. ℣ Psalmis ꝛ hymnis cū oratis deū:hoc ꝫsek in corde qō ꝓfertur in ore. vel sic. Si duo ex vobis ꝓsenserint.s. iniuriatus ꝛ iniurias:qz ꝛz de qualibet parte sint aliq̄ cōplures: tñ ad istos duos pōt totū reduci; ꝛ nisi isti duo consenserint in bona pace:alis oratio eoꝝ nō exaudit a deo:immo qñ orant de⁹ claudit sibi aures. Autoritas. Esa.j. Cū extenderitis manus vestras: auertam oculos meos a vobis. Et cum multiplicaueritis orationē nō exaudiam:manus enī vestre sanguine plene sunt. Nō solū ille qui de facto occidit:ꝛz etiā ille qui corde desiderat mortē inimici habet manus plenas sanguine.i. Jo.iij. Ois qui odit fratrem suū homicida est ꝛc. ió est necessaria ꝓcordia inter ipōsvt oño exaudiat. Marc.xj. Cum stabitis ad orādum dimittite si q̄d habetis aduersus aliquem vt pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Scō dicit sup̄ terrā.s. q̄ ista cōcordia fiat sup̄ terram ꝛ nō sub terra. Super terrā petūt illi qui in suis orationibus petunt remissionem peccatorum: gloziā paradisi ꝛc. tales audiunt. Quod cūqz petieritis patrē in nomie meo dabit vobis.s.salutionē. Sub terra petunt illi qui in suis oratiōib⁹ petūt diuitias: honores ꝛc. quos deus exaudit qñqz:ꝛ quā doqz nō. Tertio dicit. De oi re quācūqz petierint fiet illis.s. illud qō est melius ꝛ vtilius:ꝛ nō dicit fiet illis illud qō petūt. Sed dicunt glose,ꝛ doctores q̄ intelligitur sic:fiet illis. supple si petūt rem iustā: fiet illis supplevtiliter ꝛ salubriter. Confidenter pete:quia vnum de duobus erit vel accipies qō petis⁹ vl melius ꝫ petis. ¶ Quarta doctrina est de acceptabili cōuentione.s. qñ conuenimus simul ꝛ congregamur qūo poterimus placere deo di. Ubi sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo:ibi ego sū in medio eoꝝ. Nota in noie meo nomē ꝓpriū xp̄i est iesus. Luc.ij. Uocatū est nomē eius iesus alia noia oia sunt cognomina. Qñ cōgregamur ꝓ salute aiaꝝ vel cōtatum in noie iesu:qō idē est qō salus vel saluator. Primo ꝓgregamur in officijs diuinis i noie iesu.s. pro saluatione aiaꝝ: vbi non sunt nisi duo.s. eccliā ꝛ laici vel viri ꝛ mulieres vel tres:scilz chorus dexter ꝛ sinister: ꝛ ibi qui sunt in medio i pulpito: ꝛ iesus est in medio eoꝝ. Secūdo ꝓgregamur in sermone vbi nō sunt nisi duo:scz ꝑp̄s ꝛ predicator:vel tres.s. ecclesiastici:laici:ꝛ predicator:ꝛ xp̄s ē i medio. Nota ergo quō ꝑdicator oz diligēter studere ꝛ populus attente audire. Nota quō si quis dormit vel si respicit mulieres:ꝛ ecōuerso: quid dicūt angeli qui sunt cum xp̄o in medio. Tertio cōgregamur nos ecclesiastici ad officium diuinū. Et qñ ōr de⁹ in aditorio: subito est xp̄us ibi ꝛ chorus inclinat contra chor: scz xp̄o in medio existēti reuerentiā exhibēdo:ergo i euerenter incli nari debemus. Sed qñ aliqs stat incōpoſite in choro dicit xp̄s ꝛ scti angeli. Dñe hic nos labijs honorat: cor aūt eius longe est a nobis. Matt.xv. Nota de beato martino q̄ semper timebat in choro: q̄ interrogatus quare timeret. Rñdit q̄ propter xp̄i p̄niam. Unde si eꝑus vel papa essent in choro quō staret q̄libet honeste ꝛ cōposite. Nota cōtra dissolutiões que fiunt in choro. Quarto ꝓgregantur etiā dñi ꝛ rectores ciuitatis vl ville in nomie iesu:qñ ꝓ bono ꝛ vtilitate cōitatis conueniunt:ibi est xp̄s in medio. Nota si est ibi aliquis rector siue cōsiliarius nō recte indecēs:sed respicit carnē vel sanguinem:vel munera ꝛ nō deū:angeli xp̄o ꝓponūt dicere. Dñe occidamus istum ꝓditorem. Sed qñ vident ipm incedetem recta intētiōe ꝓ vtilitate cōitatis commēdāt ipm xp̄o. Idē qñ cōgregaṁ ꝓ pace:vel causa matrimoniali: ibi est xp̄s in medio:si non mēdosa ibi dicantur. Ueritas tñ quādoqz potest taceri: qz non ois veritas est dicēda in oi loco. Et p̄t dicere qñ non mētiūtur. Tu aūt in nobis es dñe:ꝛ nomē sanctū tuū inuocatū est sup̄ nos. Hiere.xiiij. ¶ Quita doctrina est de amicabili remissione:scz remittēdo iniurias sibi adinuicē. Hoc ostendit ibi. Tūc accedens ad eū petrus dixit. Dñe q̄ties peccabit in me frater meus ꝛ dimittā ei vsqz septies. Dixit ei iesus. Nō dico tibi vsqz septies: sed vsqz septuagies septies. Mat.xviij. Oēs glose ordinarie ꝛ expositores dicūt q̄ septuagies septies.i. toties quoties:ꝛ sic intelligitur. Nota tamē q̄ iste numer⁹ septuagies septies pōt exponi tripl'r.s. collective: diuisiue: ꝛ multiplicatiue. Collective exponēdo septuagies septies.i. septuaginta ꝛ septem vicibus. Ratio:qz i sacra scriptura numer⁹ septenari⁹ significat vniuersalitatē perfectaz ꝛ totalitatē. Unde Tob.xij. legit q̄ dixit angelus Raphael Thobie. Ego sum angelus Raphael vn⁹ de septē qui stamus ante deū. Ubi dicit glo. vn⁹ de vniuersis qñ ergo septies ꝓiungitur cū septuaginta:tūc significat vniuersalitatē. Secō exponit diuisiue sic septuagies ex vna parte.s. debes remittere: ꝛ septies ex alia.s. debes remittere. vñ legitur Leuit.xxv. q̄ dñs ordinauit iudeis iubileū de septē in septē annis:vt q̄tuor ꝛ dicit ista terra:nec seminarēt: nec colligerēt dieē. Sex annis seres agrū tuū:ꝛ sex ānis putabis vineā tuā: colligesq̄ fructus eius. Septimo aūt anno sabbatū erit terre requietionis dñi. Itē ordinauit aliud iubileum septē annoꝝ:ꝛ in illo remittebatur oīe debitū dicēs. Sctificabis ānū q̄nq̄gesimū:ꝛ vocabis remissionē cūctis habitatoribus terre. Leuit.xxv. In quo ostenditur ꝛ innitur nobis duplex modus remissiōis. Primus vt remittam⁹ quiescere terrā.i. corpus ꝓprium: ne sibi noceam⁹ vindictā reciꝑēdo. Secō ꝛ remittere oīe debitū.i. oē odiū ꝛ irā cordis. Tertio pōt exponi multiplicatiue. tūc septuagies septies.i. septuaginta vicibus septē q̄ sunt cccxc. in q̄ nūero innuunt nobis septuaginta hebdomade. vt hē dan.ix. Septuaginta hebdomade significant q̄ tot anni trāsire debebāt a danielevsq; ad xp̄m. Et ista expositio tāgit cām remissiōis: qz sicut xp̄s virtute passiōis suę venit ad remittēdū petā: sic nos exēplo xp̄i debem⁹ remittere iniurias. Ephe.iij. Estote beni gni inuicē misericordes:ꝛ donātes inuicē sicut deus in xp̄o donauit vobis. Prima expositio tāgit numerū remissiōis: qz septuagies septies.i. toties quoties. Secūda tāgit modū:non tāgēdo corpus. Tertia tāgit cām:qz nos exēplo xp̄i debem⁹ remittere ꝛ amore sui: vt postea eleuemur ex post in gaudium sempiternū. Amen.

¶ Feria.iiij.post Oculi. Sermo vnicus.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiões seniorum. Matthei.xv. Sermo erit de sancto euangelio ꝛc. Sanctum euangeliū ecu

Anet tres magnas questiões que fuerũt per xpm disputate ⁊ determinate.

Prima fuit phariseoꝝ ⁊tra xpm. et ista fuit inuectiua ⁊ maliciosa.

Secũda fuit contra iudeos: et ista fuit instructiua ⁊ virtuosa.

Tertia fuit discipulorꝝ cum xpo. ⁊ ista fuit dubitatiua ⁊ timorosa.

De prima ꝙstione quã fecerũt iudei contra xpm. dicit the. Quare discipuli tui ⁊c. ¶Prima cõclusio fuit phariseoꝝ contra xpm. pro cuius declaratiõe sciendũ ꝙ iudei seruabãt antiquitꝰ magnã mũdiciaꝫ exteriorẽ lauãdo sepe manus: faciem: pedes: vestimẽta: ⁊ totũ corpus: ⁊ vasa: ⁊ in hoc faciebãt magnã vim vt extra essent mundi. Autoritas. Pharisei et oẽs iudei nisi crebro lauerint manus nõ mãducãt tenẽtes traditiones seniorũ. i. ordinationes ⁊ cõsuetudines eis traditas ab antiquis. Mar. vij. Sz intus de mũdicia aie nõ curabant: immo aia erat immunda ⁊ plena maculis superbie: auaricie: luxurie: iracundie: ⁊ aliꝝ peccatis. Ideo dicit eis. Ue voꝭ scribe ⁊ pharisei: hypocrite: qui mundatis qđ deforis est calicis ⁊ parapsidis: ⁊ intꝰ estis pleni rapina. Mat. xxiij. Sed xps ostendebat oppositũ discipulis suis: scz vt seruarent mũdiciã interiorem ne in intellectu haberent maculã erroris: nec in volũtate odiũ nec rancorẽ nec in memoria desideriũ vidicte: nec in corde superbiã: nec malã cogitatiõez ⁊ ꝙ vitarẽt petã. De mũdicia autẽ corpis ab extra nõ multũ curabãt: nec de ablutiõe manuũ ꝙñ debebãt comedere: ꝓpter qđ iudei inuectiue dixerũt xpo. Quare discipuli tui transgrediunt traditiões seniorum. Non enĩ lauant manus suas cũ panem mãducãt. Ecce hic ꝙstio inuectiua et maliciosa. quasi dicerẽt. Nõ est culpa discipulorꝝ: sed tua qui es immũdus: ideo male nutris discipulos tuos. Quibus respõdit xps: excusando discipulos suos de peccato: sed nõ de rusticitate. Nõ qđ intrat in os coinquinat hoiem: sed qđ ꝓcedit ex ore. Et dixit eis septẽ peccata in q̃ bus ipi erãt culpabiles. Et isto mõ pma ꝙstio fuit disputata seu determinata. Moraliter. In hoc defectu iudeoꝝ sunt mõ multi xpiani q̃ habẽt magnã curã et diligentiã de mundicia exteriori se lauãdi ⁊ purificãdi manꝰ faciẽ: corpus: ⁊ nõ curant de mũdicia interiori ⁊ spirituali: scz animarꝝ: que sunt immunde et maculate per vsuram rapinas ⁊ furta ⁊c. que non possunt mũdari nisi aqua restitutionis. Quia non dimittit peccatũ nisi restituatur ablatum. Regula theologie ⁊ iuris. Item camisia corporis lauatur quolibet mẽse: secus de camisia aie q̃ est cõscientia. Aug. O homo bonavis habere ⁊ bonus nõ vis esse. Quid est ꝙ malũvis habere: nihil oĩno: nõ vxorẽ: nõ filiũ: nõ tunicaz: puto vere nec caligã. Rogo ꝓpone animã calige tue. Et nota quomõ caliga dissuta ꝓ odium: rãcotẽ: suitur cũ amore ꝓximi: filo dilectionis et acu charitatis. Jurta illõ apostoli Col. iij. Super oia charitatem habete: quod est vinculuz perfectionis. Itẽ caliga plena pulueribus excutitur. Sic anima plena pulueribꝰ per auriciã: excutitur per restitutionẽ ⁊ elemosynã ⁊ largitionem. Item caliga immunda lauaꝫ: sic anima lauanda est in fonte baptismatiz. Ideo dicebat xps. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui mũdatis qđ deforis est calicis ⁊ parapsidis: intus aũt estis pleni rapina ⁊ imũdicia. Pharisee ecce munda prius qđ intus est calicis et parapsidis: vt fiat ⁊ id qđ deforis est mundũ. Mat. xxiij. Utinã hec xpi maledictio non tãgat vos. Ideo teneatis cõ filiũ Esaie: qui loquitur de mundicia spirituali in persona dei dicens. Lauamini mundi estote. Esa. j. ¶Scõa questio fuit xpi ꝓ iudeos dicẽtis. Quare ⁊ vos transgredimini mãdata dei ꝓpter traditionẽ vestrã. hec questio fuit instructiua et virtuosa. Pro cuius declaratiõe sciendũ ꝙ iudei illi cũ quibus disputabat erant maiores ⁊ rectores populi ⁊ sacerdotes. Et erant ita auari ꝙ faciebant taliter ꝙ tota pecunia populi venit ad manꝰ eoꝝ. Faciebant ordinationes ⁊ leges contra ꝓcepta dei taliter ꝙ oia vota: oblatiões: sacrificia: decimatie: primitie: venerunt ad manus eoꝝ. ꝓpter hoc dicebant populo ꝙ sicut deus valeret plus ꝙñ omnia alia: ita etiam qđ sibi offerunt est melius. Ideo si aliquis vestrum tenet aliquid de malo iniusto offerat illõ deo in templo ⁊ non oportet facere aliã restitutionem: qz totum dei est. Qm̃ dñi est terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarũ ⁊ vniuersi ⁊c.

Ideo offerẽdo sibi illud datur dño ꝓpinquali. Qm̃ si aliquid recipitur a suitore alicui? dãdo illud dño suo excusatur ⁊c. Ecce qualis modus dãdi pecunias: qui quidẽ est ꝑ ꝓceptũ dei: qđ ꝑcepit exꝑsse restitutionẽ. Itẽ si filij habebãt parentes indigẽtes: si offerebant deo in tẽplo illud qđ debebãt dare subueniẽdo parẽtibꝰ excusabant etiã si morerentur fame qz deus est principaliter ꝓ. Ecce leges ⁊ ordinatiões ipsoꝝ malas ꝓpter qđ multi non curabãt restituere nec parẽtibus succurrere: ⁊ sic frangebãt ꝓcepta dei. ꝓpt qđ dixit eis dicens. Quare vos trãsgredimini mãdatũ dei ꝓpter traditionẽ vestrã. Nam deus dixit. Honora patrẽ ⁊ matrẽ. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriat. Uos autẽ dicitis. i. ad dicẽdũ alios inducitis. Quicũq; dixerit patri aut matri. O pater o mater: munꝰ quodcunq; est oblatũ in tẽplo ex me. i. ex mea deuotiõe: tibi ꝓderit ad vtilitatem magis q̃ si darẽ tibi: quia tũc prodesset soli corpori. Uel tibi ꝓderit. q. d. nõ: imo sacrilegus esses si accipes qđ deo deuoui: vt videt itelligere Hiero. Et sic nõ honorificabit patrẽ aut matrẽ: ⁊ irritũ fecistis mãdatũ dei ꝓpter traditionẽ vestrã. Hypocrite bñ ꝓphetauit de vobis Esaias dicẽs. Populus hic labijs me honorat corꝫ aũt eorũ longe est a me. Sine cã colũt me docentes doctrinas ⁊ mandata hoim. Et dixit. Audite ⁊ intelligite. Nõ qđ in os intrat coinquinat hoiem: sz qđ ꝓcedit ex ore hoc coinq̃nat hoiem. Ecce hic ꝙstio correctiua ⁊ virtuosa. Illi autẽ nõ poterant rñdere. Moraliter habemꝰ hic duas instructiones. ꝓma tãgit aliquos ecclesiasticos q̃ volunt oia habere vt illi pessimi iudei: sine ꝑ capellanias sine ꝑ anniuersaria sine missas ⁊c. queretes ⁊ tenẽtes varios modos vt habeant pecunias a gentibus dicentes. Date hic elemosynas ex quibꝰ remittunt vobis q̃ dragesime fracte: ⁊ vota: ⁊ ꝑcussiones parentũ: ⁊ hmõi: qz papa non posset absoluere sine ꝛtritione. Quibꝰ põt dici. Quare vos trãsgredimini ⁊c. Scõa ilstructio quã tãgit deus est questio quare xps diuisis aliꝫ peccatis in quibꝰ erãt numis culpabiles iudei cũ qbus disputabat: singulariter ipsos reprehẽdit de peccato cõtra honorẽ parentũ. Responsio ꝙ hoc fecit christus ad exẽplũ nostrũ ad ostẽdẽdũ quãtã vim facit deus cõtra hos: qz ⁊ si nõ esset ꝓceptũ diuinũ de honore parentũ: tamẽ natura docet ꝙ tenemur honorare parẽtes ⁊ eis subuenire. vnde cogitat quot mala sustinuit mater te portãdo in vtero: pariẽdo: nutriẽdo: mastricãdo: mũdando ⁊c. Jõ dicit scriptura sancta. Honora patrem tuũ: ⁊ gemitus matris tue ne obliuiscaris. Memẽto qm̃ nisi per illos natꝰ non fuisses: ⁊ retribue illis quõ ⁊ illi tibi. Eccl. vij. Nota ħ de romanis gẽtilibꝰ quõ antiquitꝰ adorabãt diuersas imagines: tã hoim q̃z inmẽtoꝝ nõ adorabãt imagines auiũ: misi soluz de cyconia: ⁊ hoc ꝓpt honorẽ quẽ faciũt parẽtibꝰ: qz ꝙdẽ eis in senectute. propter hoc dixerũt romani ꝙ aliquid habere tt diuinitatis. ⁊ ideo adorabant imaginem cyconie. Nota hic ꝙ legitur ĩ factis notabilibꝰ romanorũ de illa muliere ad mortẽ sententiata vt in captione moreretur fame. Ad qđ veniebat filia dãdo sibi lac ⁊c. Hoc narrat valerius maximus. Ideo de honore parentũ habemꝰ. Eph. vj. Filij obedite parẽtibꝰ vestris in dño. Nota in dño nõ dicit ꝓtra dñm. Hoc iustum est ꝑ moysen. Honora patrem tuũ ⁊ matrẽ tuã vt bene tibi sit. ſ. in diuitijs tẽporalibꝰ: ⁊ sis longeuus sup terrã. ſ. i bona ⁊ lõga vita. Exo. xx. Tertia ꝙstio fuit apl'oꝝ cũ xpo que fuit questio dubitatiua ⁊ timorosa dicentiũ. Scis qz pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. Pro cuius declaratione sciendũ ꝙ videꝫ xps ꝙ pharisei ex suis verbis nõ fuerũt correcti nec emendati: dixit eis. Hypocrite ab hypos qđ est sub ⁊ crisis qđ est aurũ. i. sub ꝓta deaurati: bene prophetauit de vobis Esa. dicẽs. Populus hic labijs me honorat ⁊c. qz ore deũ laudabãt: sed opere cõtra deũ faciebant. Jdeo xps. Sine cã colunt me. i. sine vtilitate. Postq̃z autez vocauit eos hypocritas: indignati sũt ꝙ xps minando sibi mortẽ. ꝓpter quod apostoli dixerunt xpo cũ timore. Scis: quia iudei audito hoc verbo ⁊c. Quibꝰ respõdit xps. Omnis plãtatio quã non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos ceci sunt ⁊ duces cecoruz. Cecus autem si ceco ducatũ ꝓstet: ambo in foueam cadunt. Tunc dixit petrus. Edisse re nobis parabolã istã. At ille. Nõ intel

tigitis:qz omne quod intrat in os in ventrem vadit:z in secessum emittitur. Que aũt pcedunt de ore de corde exeunt:z ea coinquinant hominẽ. De corde exeũt cogitatiões male:homicidia:adulteria:fornications:furta: falsa testimonia: blasphemie:z hec sunt q̃ coinquinant hominẽ. Nõ lotis aũt manib⁹ mãducare nõ coinquinat hominẽ. No. olis plãtatio. antiquit⁹ synagoga dicebat vinea dñi. Esa. v. siue hort⁹ dñi sicut modo eccl̃ia. Prelati erãt arbores magne. pples ꝟo plante. Tempore aũt xpi plati erant plantati in synagoga z nõ a deo vt aarõ: ꝛ a simõia vel a genere z nõ per electionẽ vel spãlẽ prouisionem: sed per intrusionẽ z per ingressionẽ suã. Ideo dixit xps. Ois plãtatio ꝛc. eradicabitur ꝛc. radicit⁹ flatu venti. s. ꝟbi xpi dicentis in die iudicij. Discedite a me maledicti ꝛc. Mat. xxv. Jõ non timeatis eos: sinite illos: li scandalizant non curetis. Quilibet g respiciat quo est plãtat⁹ i regimie: vtrũ p canonicã electionẽ vl specialẽ puisionẽ: qz quibus papa misit bullas nobis penit⁹ ignorantibus tales nõ eradicabuntur in die iudicij: qz pater celestis plãtauit eos: z i morte trãs plantabit eos in paradiso. Hiere. xvij. et erit quasi lignũ qõ transplãtat sup aq̃s: qõ ad humorẽ mittit radices suas: et nõ timebit cũ venerit estus. Sz de illis qui sunt plantati per simoniã siue ratiõe generis siue precib⁹ armatis: dixit christ⁹. Ois plãtatio quã nõ plãtauit pr̃ meus ꝛc. Idẽ est dicẽdum de dñis rẽporalib⁹ z rectoribus cõitatum: villarum: ciuitatũ ꝛc. ideo quilibet respiciat a quo est plãtatus: quia omnis plantatio ꝛc. Et concordat scriptura sacra. Sap. iiij. Adulterine plantationes nõ dabũt radices altas: et a vento cõmouebuntur. Adulterina plãtatio est quando vxor dat filiuz alterius viro suo. Ita sancta mater ecclesia q̃ habet christum in sponsuz: facit per preces z simoniã prelatos: qui dicunt adulterine plãtationes q̃ eradicabũtur finaliter. Nota ceci sũt ꝛc. Quare: vocat eos cecos Rndetur q̃ non ex ignorantia literarum qz apti erãt z speculatiui: sz vocat eos cecos propter malicia quã habebãt practice cognoscendo peccata alio⁹ non sua. Sap. ij. Excecauit eñ illos malicia eorũ Nota questionez super hoc. Si cecus cecũ ducat: est hic questio. Si ego ꝓfitear alicui ceco ignoranti qui nescit discernere inter lepr̃a z non lepr̃a: vel nõ hz potestatẽ absoluẽdi: nunqd ex hoc ego ero in periculo cadẽdi in foueã inferni. Respõsio q̃ cõfiteri ignoranti põt cõtingere dupliciter. Uel sciẽter vel ignoranter. Si homo cõfitetur ꝓfessori ignoranti ignoranter: qz hõ presumit q̃ est aptus: qz est magister in theologia: vel lector: vel prelat⁹ vel p̃sidens ipm habilitat z forte est ignoras. Dico q̃ in tali casu vos estis excusatus. Sed ipse solus dãnabit: qz non debebat assumere gradum sine sciẽtia. Osee. iiij. Quia tu sciẽtiaz repulisti: repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Nota quia tu scientiã repulisti: non dicit qz sciẽtiã non habuisti: sed qz scientiã repulisti: qz multi sunt ignorates: sed petunt consiliũ. isti non repellunt scientiã. Sed illi qui sunt ignorates z non petũt ꝓsiliũ: tales repellũt scientiã z dãnant. Sed qñ homo elicit scienter cõfessorẽ ignorantẽ: bestiã et cecum: sicut vsurarij qui dicunt intra se. Si cõfiteor tali numis stricte se haberet. ideo vadã ad talẽ. Si ergo electiue cecũ ducit ambo cadũt in foueã inferni. No. hic de illo capitaneo armo⁹ ifirmo cui scutifer addurit bonũ cõfessorẽ. Qui confitebat solũ de venialib⁹ z de vna nuce balistre quã inuent semel ꝛc. sed frater qui sciebat suã maliciã z malã vitã dixit sibi. Audini q̃ semel cõbusisti talẽ villã tũc emisit illũ ꝓfessorẽ: z fecit vocari aliũ cõfessorem simpliciz z ignorãtẽ: scz de illis cõmunibus quib⁹ oẽs volũt confiteri z inuitauit ad prandiũ: z ꝓfessor ille excusauit peccata illi⁹ infirmi. De talibus intelligit. Si cecus cecũ ducat. Utinã iter vos nõ sint aliqui q̃ scienter eligũt ꝓfessorẽ ignorantẽ: vt sunt vsurarij: concubinarij ꝛc. Eligatis bonos z prudẽtes ꝓfessores: z qz meli⁹ est hic purgare peccata q̃z in inferno: vbi nulla est redemptio ꝛc.

¶ Feria.v. post dñicã Oculi. Sermo. s.



Sat predicans in synagogis galilee. Luc. iiij. Sermo noster erit de sancto cuangelio ꝛc. Sanctũ cuangelium hodiernum declarat nobis de dño iesu christo q̃tuor magnas z altas excellentias.

Prima est diuina potentia.
Secũda humana clemẽtia.
Tertia perfecta sanctitas.
Quarta extensa charitas.

¶ De quarta. s. extensa charitate xpi: qz exibat pdicando nõ solũ in magnis villis sed etiaz in paruis synagogis de hoc loquitur thema di. Erat pdicans in synagogis galilee. Prima excellẽtia xpi quaz nobis declarat sanctũ cuangeliũ est diuina potentia: q̃ est facere de creaturis vt sibi placet. Juxta suũ imperiũ statim fit vt ipse pcepit. Qñ si de⁹ diceret mõti trãsi hinc statim esset factũ ꝛc. Secus de nobis qz si volum⁹ aliq̃d facere. opz nos laborare z in tpe z cũ instrumentis necessariis: z cũ auxilio opari: sed deus dixit: z facta sunt. Ps. xxxij. nec indiget instrumentis nec auxilio alicui⁹ imo quicq̃d facit p creaturas põt p scipsum facere imediate Hec diuina potentia ostendit in pncipio euãgeliuvbi legit q̃ xps imperãdo curauit mulierẽ a febribus. Surgẽs iesus de synagoga intrauit in domũ simonis. Socrus aũt symonis tenebat magnis febribus: z rogauerũt illũ pro ea. Et stãs super illã imperauit febri z dimisit illã. Et ꝓtinuo surgẽs ministrabat illis. In quo ostenditur potentia. in christo faciẽs de creaturis. s. de ifirmitate z sanitate sicut vult solo impio voluntatis. Nota ꝟ duo secreta moralia. ꝓmũ cogitãdo conditionẽ infirmitatis ibi tenebatur magnis febribus. Scõm cogitãdo modũ curationis ibi imperauit febri. ꝓto ꝑmo nota q̃ hec febris vt dicit glosa moralis significat peccatũ mortale. Ratio: qz peccatuz mortale habet conditiones febris. Ratio quoniã sicut morbus siue infirmitas febris ꝑmittit initiũ. s. frigus anteq̃ veniat ita peccatũ mortale ꝑmittit initiuz. s. frigus negligentie bonoz operũ. Jtez aufert appetitũ comedendi z deordinat gustũ corpis. Hoc idẽ facit peccatũ mortale Quãdiu pson̄a est diligẽs in bonis opibus iuxta suũ statũ z ꝓditionez deus prosperat ipsam a febre peccati mortalis: ꝟ statim qñ pson̄a dimittit diligentiã z deuotionẽ: qz iam non dicit horas distincte nec facit orationẽ vt ꝓfuerit: sed sic paulatim infrigidatur: statim sequitur peccatũ mortale. Quod põt practice declarari tam in religiosis q̃ in clericis q̃ etiã laicis. Quãdiu enim religiosus seruat cum diligẽtia regulã z cerimonias in cibo: potu ꝛc. deus cõseruat ipsum a febre peccati mortalis ꝛc. Sed qñ miser religiosus modo dimittit vnã cerimoniã: mõ alia dicendo. Uere sufficit mihi seruare vota essentialia: z pcepta: qz cerimonie nõ obligant ad peccatũ: ergo nõ tenebo statim cadet in peccatũ: qz ꝙuis nõ obligãt: tñ preseruant a peccato cerimonie: z q̃ ipas negligit statim in peccatum cadit. Qñ si religiosus nõ sit cerimoniosus erit criminosus: vitiosus: luxuriosus ꝛc. Idem de ꝑsbytero qñ dicit officiũ suũ cũ diligẽtia surgit de nocte ad matutinas: dicit missam cũ deuotione z nõ ꝓ pecunia ꝛc. Deꝰ custodit ipm a febre peccati mortalis: ꝟ qñ incipit infrigidari ꝓ negligentiam et indeuotionẽ: statim sequit febris peccati mortalis. Idẽ de laicis q̃diu sunt diligentes in aliquo bono modo viuẽdi recepto. s. orandi: ꝓfitendi: cõicandi: deus ꝓseruat ipsos a febre peccati: sed postq̃ incipiũt frigescere per negligentiã dicendo nunq̃ oportet facere tanta ꝛc. statim sequitur febris peccati mortalis. Auctoritas. Ad nimiũ calorẽ transiet ab aq̃s niuiũ z vsq; ad inferos peccatũ illius. Job xxiij. Nota ab aq̃s niuiũ. i. a negligẽtijs bonoz operũ trãsiet: supple peccator ad calorẽ nimiũ. s. peccati mortalis: qõ vrit corpus z aiam. Jtẽ alia auctoritas. Unus quisq; tentat a sua ꝓcupiscentia abstractus et delit seperatus. s. a spũalibus z bonis opibus z illectus. i. impulsus. scz ad tpalia. Jac. j. Ergo custodite vos a frigore negligentie z indeuotionis: z ꝓtinuate bonã vitã inceptã. Quãtũ ad scõm cogitando modũ curationis. Primo rogauerunt illũ pro ea. Scõo stetit. Tertio imperauit febri. Hunc modũ tenet deus sanando alias nostras a febribus peccatorũ mortaliũ per predicationez: in qua fit primo rogatio siue oratio: primo dicẽdo Aue maria. scõo stat p̃dicator: alti⁹ qz tenet locum xpi: qz nõ debet sedere: tertio ipetrat: qz loquit in pson̄a xpi. Matth. x. Nõ eñ vos estis qui loquimini sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis. Ideo habẽt auctoritatẽ impetrãdi: vt gẽtes dimittãt peccata z ꝓfitentẽ ꝛc. Et quando peccator qui audit sermonem recipit bonũ. ꝓpositũ cauendi a peccatis tũc infir-

mus curak a febre peccati. Unus a febre supbie: alius a febre auaricie: alius a febre luxurie ⁊c. Autoritas. Incesa igni ⁊ suffossa: ab increpatione vultus tui peribūt ps. lxxix. Pro cuius intellectu sciendū q̄ oia peccata mortalia sunt septē que commuttunt dupliciter: vel ex concupiscentia malivel ex negligentia boni. Et pmo veniunt septē peccata mortalia quasi incesa igni. s. ex cōcupiscentia ignita. De qua dicit scriptura. Ignis estvlq; ad ꝙsummationē deuorās. Job. xxxj. vñ supbia auaricia. luxuria: gula: ira nō sunt nisi ignis inflāmatio. Alia duo peccata. s. inuidia ⁊ accidia dicuntur suffossa. i. suffosse: q; veniunt ex negligētia. Qui aūt vult diruere aliquā domū subitus cauat primo ipz fundamentum. Sic fundamenta xpiani sunt lapides bonorum operum vniti ⁊ solidati bitumine charitatis siue dilectionis: ꝛ peccatū inuidie suffodit ⁊ expellit bitumē charitatis: ⁊ peccatum accidie diruit lapides bonoꝝ operuꝫ. Ecce quare dicit incensa igni ⁊ suffossa. Remediū est ab increpatione vultus tui. s. predicationis peribunt: supple peccata: ⁊ sequit sanitas. Predicatio dicit vultus dei. Ratio qm̄ sicut in facie cognoscit persona: ita deus cognoscit a nobis in predicatione qūo est vnus deus in essentia: ⁊ trinus in personis. Dauid. ps. xxvj. Faciem tuam dñe requiram. s. pdicationem. Secunda virtus xpi quā declarat nobis euangelium est humana clementia. Pro cuius intellectu sciendū q̄ xps erat verus de⁹ ⁊ ver⁹ homo. Ideo nō semp faciebat opera diuina ne diceret solū deus: nec faciebat semper opa humana: ne diceret solū homo. Sed aliquando simul faciebat opera soli deo ppria: vt curare infirmos: etiā aliqua humanitatis: vt infirmos curare manibus tangēdoꝝ medicus. ideo dicit scōa para euangeliū. Cū sol occidisset oēs q̄ habebāt infirmos varijs lāguoribus ducebāt illos ad eū. At ille singulis manꝰ imponēs curabat eos. Nota ḥ duo secreta. primū cogitādo modū curationis istoꝝ infirmoꝝ diuersum. pmo dicit. Oēs q̄ habebāt infirmos. Et quilibz infirmus dicebat suam infirmitatem. Et xps singulis manꝰ imponēs q̄ solo ꝗbo poterat simul oēs sanare: tñ singulis manus imponebat dicendo ꝑm fidē ⁊ deuotionē tuam fiat tibi. In hoc ostendit xps curationē nostrā quā ipse facit de peccatis in sacramētali cōfessione ad quā opz venire vnū post aliū: q; si oēs simul ꝙsiterentur nonvaleret cōfessio talis. Sed q̄libet homo debet dicere suā infirmitatē idest suū peccatū ꝗtum scit ⁊ pōt. Nota ꝓtra illos qui dicunt cōfessori interroga me: q; non recordor de aliquo peccato sed si confessor esset auisatus dicēdo. Quid mihi dicitis de talivicina vestra: respondere sibi non solū peccata mortalia: sed etiāvenialia: ⁊ de suis dicit q̄ non recordatur. Opz ergo q̄ vosmet dicatis pcta prout scitis ⁊ poteritis recordari peccata preterita cogitādo mēbra per que homo potest peccare. s. per cor: os: manus: oculos aures ⁊c. Iz confessor sciat: tñ oportet dicere ꝙfitentem psonaliter totū q; xps tā sciebat infirmitates illoꝝ: tū ipse volebat q̄ ipsimet dicerent. Sic cōfiteri nihil aliud est q̄ dicere suā infirmitatem. s. dicendo. Ego sum supbus. i. ventus superbie intrauit aiam meā. Ideo pater cure tis me. Idē de aliis peccatis. Tūc cōfessor imponens manū suā qō est de bñ esse ⁊ nō de necessitate absolutionis: dicit in effectu ꝑm tuā fidē ⁊ deuotionē sis absolut⁹ de peccatis tuis. Ideo dicit xps confessoribus in noie meo super egros manus imponent ⁊ bñ habebūt. Mar. vlti. Nota in noie meo: q; autoritate christi possunt absoluere: ⁊ non aliter. Nota qō triplex est gradus penitentie ꝓtra aliqs confessores dicentes q̄ penitētie sunt arbitrarie. Quedā sunt ex lege dei mādate quedā sunt p ecclīam ordinate: quedam sunt per confessorem impposite. Penitētie ex lege dei mandate sunt: vt qui fecit furtum q̄ restituat. Ista penitentia non est arbitraria: sed de lege dei redde qō debes: nec ꝙfessor siue papa pōt dispensare. Ité si iniuriasti aliquē oportet petere veniam. q; de lege dei est. Scdo quedaz peniētie sunt ab ecclīa ordinate. Dicunt aliqui iuriste ⁊ etiā theologi q̄ p quolibet peccato mortali debeꝫ septē annis ḡ penitētia: alꝫ cōplebik i purgatorio. Sz p penitentiā ⁊ indulgentias resecantur. Sed qualitas penitendi est arbitraria. Scōa moralitas cogitādo tps in q̄ xps curabat infirmos: ibi. Cuz sol occidisset. In sacra scriptura xps dicit sol. Ideo dicit ecclesia virgini marie. Felix nāq; es sacra virgo maria ⁊c. Occasus solis iusticie fuit in cruce in die passionis: quia tūc terra fuit interposita inter ipsum ⁊ nos: quādo alia eius fuit in inferno ⁊ corꝑ in sepulchro. Cū ergo sol occidisset: quia ē conclusio eim doctorū q̄ sacramentū penitentie sicut cetera hz ꝛfutē a passione christi. Ideo quādo absoluitur pctōr dz cogitare q̄ oia vulnera xpi fūt aperta: et sanguis effundik sup eum Jō apls. Heb. ix. Sanguis xpi emūdauit cōsciētiam nostrā ab opibus mortuis ad seruiendum deo viuenti. Gen. xxviij. Posi solis occubitū vidit iacob i somnis scalā: cacumen tangebat celum: pes terrā: angeli ascendebant ⁊ descendebāt: ⁊ dominum vidit ibi innixū scale. Hec scāla est penitentia que tot habet gradus quot sunt opa penitentialia. Hec scala añ occubitum solis iustitie stabat sub terra: quia habebat pedem in inferno: ⁊ caput hic in terra p quā descēdebant ad infernuz oēs qui faciebant penitentiā. Ideo Dauid. Quis est homo qui viuet ⁊ nō videbit mortem eruct aiam suam de manu inferi ⁊c. ps. lxxxviij. Sed post solis occubitū. scz die ascensionis xps erexit hāc scalā super terrā tenens pedez ⁊ caput in celū: ⁊ in ascēsione ascēdit per ipam ipe xps cum suis patribus. Ideo illi qui modo faciūt penitētiā ascēdūt in celū per ipsaz. Ideo xps. Pniam agite appropinquabit enim regnū celorum. Matt. iiij. Et dicit q̄ angeli ascēdebāt et descēdebant p eam: ad inuēduz q̄ penitentes cōtemplatiui ascēdunt ad deū cōtemplando deū et orando. Actiui aūt ascēdūt p opera misericordie ad deū ⁊ descendūt ad subueniendum ꝓximo p opera misericordie. Et dns: qui stat in capite scale inuitat eos dicens. Venite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos ⁊c. Matt. xj. Ecce ḡre dicit. Cū sol occidisset: qm̄ añ null⁹ potuit ītrare celuz p penitentiā. Tertia virtus quā ostēdit scm̄ euāgeliū de xpo est perfecta sctitas: q̄ ꝙsistit in vitando ⁊ extirpando opera diaboli. Quanto eim̄ ꝑsona est sanctior ⁊ perfectior: tanto magis sibi displicēt opera diaboli ⁊ vitat illa. De ista virtute dicit euāgeliū. Exibant aūt a multis demonia clamātia ⁊ dicentia q; tu es filius dei. Et increpās non sinebat ea loqui q; sciebant ipm esse xpm. Ecce hic perfecta sanctitas. Est hic qstio. Quare non sinebat ea loqui: cum dicerēt veritatē: q; forte iudei credidissent ipz esse xpm ⁊ salutorem mūdi testimonio demonū. Respōdetur triplici rōne. Prima ratio: ne veris falsa miscerēt. Scda ratio: ne videret vel le ab ipsis testimoniū: quare: q; pharisei iam dicebāt ipm in beelzebub ejcere de monia. Tertia dando nobis exemplū ne queramus ab eis auxiliū in aliquo. Nota hic duas alias respōsiones. Respōsio prima literalis quare nō sinebat ea loq̄: q; ꝺditio est demonis non dicere veritatē. nisi dupl'r vel coactus per aliquā sanctam personam: vel vt decipiat. Dicit ꝓmo aliquam veritatez quā ꝓtestatur vt leuius credat post mēdacio vel diffamatione complet. Nota hic de corona regꝫ frācie: de qua diabolus diffamauit militem mēdose. quasi ipe destructur⁹ esset regnū ei⁹. Jō de diabolo dz. Joā. viij. In veritate non stetit. Glo. Augu. Bñ fuit i veritate: q; bon⁹ ⁊ sanct⁹ a deo creatus sed nō stetit. Qñ aūt demones dixerūt xpo. Tu es filius dei ⁊c. xpus nō sinebat ea loq̄ amplius: ne forte dicerent aliqō mendaciū. q; forte dixissent. Tu es filiꝰ dei sed nō potes mutare legem moysiꝰ similia. ergo nō sinebat ea loq̄. Scda respōsio est moralis vt xps daret nobis exēplū: q; a nullo bono ḡtūcūq; magno debemus querere cōsilium demonū: nec ꝓ sanitate: nec ꝓ filijs habendis: nec ꝓ redita est recurrere ad ipsos. Jō xps nō sinebat ea loqui: ⁊ pro tanto bono. s. ꝓ conuersione iudeorum. Nota hic quomodo demones nesciunt oia: vt ꝓz de nouē ecclesiis regis. existētibus in castro: quō diabolus nunq̄ potuit scire: quid ibi tractarent: licet a multis inuocarek. Nota q̄ modo in veteri lege puniebant recurrentes ad demones. Leuit. xx. Alia que declinauerit ad magos ⁊ ariolos: ⁊ fornicata fuerit cū eis ponā faciē meā contra eam ⁊ interficiā illā de medio populi mei. Nota fornicata fuerit: quonia sicut mulier que dimisso viro adheret ribaldo fornicatur ⁊ est adultera: ita xpianus qui dimisso xpo recurrit ad diuinos. Item nota quō puniebat etiā diuinus. Leuit. xx. Vir siue mulier i quib⁹ phitonicus siue diuinationis fuerit spūs: morte moriant

lapidibus obruēt eos sanguis eoꝝ sit super illos. Quarta virtus est extēsa charitas de qua dicit thema. Erat predicās in synagogis galilee. De hac frute dicit euāgeliū. Facta aūt die egressus ibat in desertū locū: ⁊ turbe requirebant eum ⁊ venichant vsqꝫ ad ipm: ⁊ detinebāt illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibꝰ opꝫ me euāgelizare regnū dei: qꝛ ideo missus sum. Et erat ꝓdicās in synagogis galilee. Moraliter habēt hic doctrinā ꝓdicatoꝛes verbi dei in hoc q̄ dicit xps alijs ciuitatibus opꝫ me euāgelizare. Dicit decreta. extra de hes. Cū ex iniuncto. q̄ tm̄ est officiū ꝓdicatoris q̄ filius dei non verecundaret dicere q̄ ad hoc erat missus. Jā dicta decretal vocat officiū ꝓdicationis ꝓpriū officius in ecclia dei. Jdeo amore dei vadat ad ꝓdicandū diligent. Sz mō videt iā completū illud qō plangendo dicebat hieremias Thren. iiij. Paruuli petierūt panē ⁊ nō erat qui frāgeret eis. Panis animarū est verbū dei. Mat. iiij. Nō in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qō ꝓcedit de oze dei. paupes christi petunt panes ⁊ non est q̄ det eis: nō faciebat sic antiqui sancti. imo legit de beato Aug. q̄ verbū dei ꝓdicauit vsqꝫ ad suā egritudinē. Nota etiā de beda ceco ex antiquitate: qui tm̄ ex feruore volebat predicare et semel deceptꝰ a ductore suo puero predicauit lapidibus ꝛc. Sed modo dicunt mgri in theologia. volo quiescere: ⁊ male faciunt: qꝛ viatores nō debent quiescere quousqꝫ sunt in termino. Jdeo isti qui mō quiescunt laborabunt in inferno. Jō predicatoribꝰ dr. Euntes in mundū vniuersum predicate euāgelium. Matt. xvj.

¶ Fer. v. post oculi. Sermo. ij.

SOcrus simōis tenebat magnis febribus Luce. iiij. In isto sermone volo declarare oēs spūales infirmitates aie peccatoꝝ. Et dabo medicias curatiuas hz regulas medicine illius magni hypocratis. i. xpi. Materia erit vtilis ⁊ ꝓficuosa. Sz vt sit deo acceptabilis ⁊ gratiosa: salutetur virgo gloriosa. Socrus simonis tenebatur ꝛc. Hoc verbum ad litteram habetur de ꝗdā miraculo quod fecit xpus ꝑm qō recitat beatus Lucas in euāgelio hodierno Dic breuiter hist̄iā euāgelij. Questio litteralis quare xps voluit curare illam mulierē imperando: cū dicit scriptura q̄ stans sup illā iperauit febri ꝛc. alios eñ curauit tangēdo: qꝛ singulis manus imponens curauit illos. Respondetur q̄ p imperiū curando ostendit nobis suaz dinitatē. Et per tactum sanando ostēdit suā veram humanitatem. Secunda questio quare nō sinebat loqui demonia cū tñ diceremt veritatem. Responsio q̄ propter nostrū exemplum ne ꝑ quocūqꝫ bono queramus auxilium demonū ēt ꝑ restauratione totiꝰ mundi. De infirmitate dicit thema. Socrus aūt simonis ꝛc. patet thema litteraliter. Modo iuxta intellectū allegoricum seu moralem videnda sunt tria. scilicet

Quid sit socrus simonis.
Secundo quis est iste simon
Tertio que febres sunt iste.

¶ Quantū ad primū sciendū q̄ socrus significat carnē aut corpus. Nō: qꝛ sicut socrus ⁊ nurus male cōuenīt: hz bñ discordant. Sic inter carnē ⁊ aiam est cōtinua discordia: qꝛ semp vnū opponit alteri ⁊ semper rixant: quia si aia vellet iejunare ⁊ abstinere: caro vellet comedere aia vellet orare: caro dormire: ⁊ sic ū alijs Jdeo apostolus. Caro cōupiscit aduersus spm̄: ⁊ spūs aduersus carnē. Hec eñ sibiinuicem aduersantur. Gal. v. Quantū ad secūdū simon significat spm̄. simon aūt interpretat obediēs. Sic spūs rationalis iquātū est ad imaginē dei deo obediens est: qꝛ ꝑm suā naturā ⁊ conditionē spiritualē sempvellet cōplacere suo creatori. Unde apl̄us. Cōdelector legi dei hz interiorem hoiem. i. spm̄. Roma. vij. Sed aliqñ est inobediēs deo: et hoc est ꝓpter carnē. Jdeo apl̄s. Video aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee captiuantē me in lege p. ti: que est in mēbris meis. Jbidem. Quantū ad tertiū febris in sacra scriptura significat peccatū mortale. Ratio: qꝛ petm̄ mortale hz conditiones febris. Qm̄ sicut febris aufert appetitum comedendi ⁊ deordinat gustuz corporis: quia cibus dulcis vr amarus: et cōuerso: ⁊ infirmus appetit cōtraria ⁊ nociua. Hoc idē facit peccatū mortale. Quādiu enim persona est sana. que. i. est

in gratia dei et i bona vita: sentit magnū saporē ⁊ dulcedinē i cibis aie: q̄ sunt orationes: lectiōes: cōtēplationes: misse: sermones ⁊ hmōi quib⁹ aia viuit ⁊ ipinguatur. Aucto. Nō in solo pane viuit hō ꝛc. Mat. iiij. Sed quādoveniet febris peccati mortalis seu per ꝓsensum siue per opꝰ facti ē: statim pdit gustū: nec sentit saporē: nec dulcedinē. immo si vult orare statim attediat: ⁊ sic de alijs. Aug. Jmpius non sentit dulcedinē dei: qꝛ de febre iniquitatis palatū cordis amisit. Cū ergo dicit thema. Socrus simonis i. caro a qua sunt peccata initiatiue: ⁊ sunt in aia subiectiue tenebatur magnis febribꝰ. Nota magnis non loquitur de peccatis venialibꝰ sed de mortalibus: nec de febre in singulari sed de febribus in plurali. Dicunt autores medicine q̄ septem sunt species febriū corporis. s. continua. q̄tidiana. tertiana: quartana: ephemera: erratica: et etl; yca. Sic spūaliter sunt septem febres aie significate ꝑ has septē febres corporis: ꝓpter quod dicit thema. Socrus simonis ꝛc. Prima dr cōtinua: qꝛ continue affligit tā de die q̄ de nocte. Hec sigt febrem continuam anime que est peccatuz auaricie: quia continue affligit auarum. intantū q̄ non sentit ciborum dulcedinē nec saporē: immo quando auarus est in mēsa ⁊ videt vxorē: filias ⁊ familiā: bene comedere dicit intra se O miser iā destructꝰ sū: ecce iāvxor mea comedit vnū panē Jdē de alijs. Et sic allegat ꝓ oppositū liberalis ⁊ gaudet ⁊ letat. O comedamꝰ ⁊ bibamus: qꝛ dñs prouidebit nobis. Jtez auarus qñ est in ecclesia vbi orare deberet ⁊ cogitare de alio mūdo: tūc ipse cogitat de feriys ⁊ foro ꝛc. Jtē de nocte qñ est in lecto ⁊ deberet dormire ⁊ descere: semper somniat latrones: si sentit mures dicit q̄ sunt latrones. Si videt filiū currere dicit. O miser iā pditus sum: ecce sotulares sunt iā rupti. Ecce quō auarus continue affligitur: ⁊ quō auaricia est febris cōtinua: nullꝰ eñ est q̄ aliqñ non quiescit nisi auarus. Christiani quiescunt in die dñico. iudei i sabbato: aggarceni in die veneris. Auarus aute numq̄ quiescit. Tunc ti dies eius doloribus: ⁊ erumnis pleni sunt: nec per noctē mente quiescit. Eccl's ij. Cōtra hanc febrē magnꝰ ille hypocrates xps ordinauit vnum amphorisimū dicens. Videte ⁊ cauete ab omni auaricia: qꝛ nō in abundātia cuiusq̄ vita eius est ex his q̄ possidet. Lu. xxij. Nota ab omni auaricia ostendit q̄ sunt plures species auaricie. Prima est rapina dñorum. scda simonia ecclesiarū. tertia vsura laicoꝝ. quarta est fraus venditoꝝ. quinta calūnia ad vocatoꝝ. sexta furtū occultoꝝ. septima detentio inuctoꝝ seruoꝝ vel bonoꝝ defunctoꝝ. Dic de qualibet put erit expediēs Jdeo xps optimus medicus dat medicinā curatiuā dicēs. Videte. Et assignat rationē dicēs. qꝛ non in abundātia. De supradictis vide auctoritates i sermone. ij. ferie. iiij. post primā dñicam quadragesime. Assumit. Scda dr quotidiana: qꝛ nō affligit cōtinue vt prima: sed quotidie dimittit infirmū: sed post redit. Hec signat aliā febrē q̄ est petm̄ gule: qꝛ quotidie in festat hoiem licet nō cōtinue: qꝛ non post prandiū: nec etiā qñ hō dormit sed quocūlibet die de mane stomachus clamat fames: fames. Nota quō quidā ꝓs volēs ostendere quid esset peccatū gule intrauit per ciuitatē clamādo iustitia iustitia. Cum aute fuisset coram iudice qui ꝑmisit sibi facere iustitiā dixit quō pater suꝰ dimisit sibi vnū creditorē cui soluit statiz eadē die qua pater est mortuus: q̄ in crastino iterū petijt debitū ⁊ iter sibi soluit: adhuc petijt debitum: al's minatur mihi ad mortez. Et quis est ille dixit iudex: qꝛ ego faciā tibi iustitiā. ꝓs ostendens sibi ventrē dixit. Ecce creditorem a patre mihi dimissum: cui causam solui millies et adhuc petit. Respondit iudex. Amice: in eadē dānatione ego sum. Ecce hic febris quotidiana. Dicunt gulosi. Uenite: sumamus vinū ⁊ impleamur ebrietate: ⁊ erit sicut hodie sic ⁊ cras: ⁊ mlto amplꝰ. Esa. lvj ⁊ Sap. ij. Uino ꝓcioso ⁊ vnguento nos impleamus. Cōtra hanc ille magnus Galenus xps ordinauit amphorismū dicens. Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula ⁊ ebrietate. Lu. xxj. De cibis solū recipe necessitatē opꝫ: ⁊ cauere a supfluitate. Uñ sicut hō bone cōscietie qñ sibi soluit vltra debitum: restituit. ita venter restituit vomitādo. igit videt habere cōscientiā. Sūt alii qui miseri q̄ cōtinue sunt in tabernis ꝛc. tales minus sunt q̄ bestie. Ratio: quia ex quo bestia bibit ꝛc. nō biberet si papa vel

rer inuitaret ipaz. Et tu bestialis hō pte
ter necessitatē sumis: ꝛ sic nō solū aia: sed
etiā corpus destruit: qz vinū percutit ve
nas: ꝛ sequitur tremor membroꝝ: ꝛ oculi
lachrymant ꝛ non ꝓpter christi passionē
Ideo dicit xp̄s. Attendite ꝛc. Tertia fe
bris dicit tertiana: quia venit die tertia.
Hec significat febrem aie q̄ dz accidia seu
negligentia de operibus penitētie: q̄ die
tertia marime affligit. i. in tertia pte pe
nitentie. Dic quō penitētia cōsistit in tri
bus partib⁹. s. cōtritione: cōfessione: ꝛ sa
tisfactiōe. Hec tertia pars nimis affligit.
Dic quō satisfactio dz fieri deo de pecca
tis: vt si peccasti p superbiā: pompā: vanita
tē: satisfac deo p humilitatē ꝛ sic de aliꝭ
Satisfactio etiā dz fieri primo de ablā
tis ꝛ dānis restituēdo. Respice deide si ē
aliquid de malo iusto si retinuisti aliq̄d
de ecclesia vel defunctis: de seruitorib⁹:
de vsura: ꝛ sic de aliꝭ. Hec tria opera pe
nitentialia dicunt tres dies. Auctoritas
Ibimus viam triū dierū in solitudinē: vt
immolem⁹ dño deo nostro. Exo. iij. Et in
die tertia. s. satisfactionis febris affligit.
Ecce die tertio q̄n grauissimus dolor vul
nerū est Señ. xxiiij. Nota hic de magno
dño in lōgobardia: cuius nus sanctus ho
mo reuelauit ꝙ demones sibi faciebant
palatiū in inferno. Contra istud xp̄s or
dinauit medicinaz dicens. Reddite ergo oīb⁹
debita: ꝛ nemini q̄cq̄ debeatis nisi vt in
uicem diligatis. Ro. xiij. Ex ista febre ter
tiana multi moriuntur morte eterna: qz
nolunt restituere: ꝛ tamen nō dimittitur
peccatū nisi restituat ablatū. Regula est
theologorū ꝛ etiā iuristarū. xiiij. q. vj. Si
res dicunt aliqui dimittā in testamento
et heres meus restituet: sed hoc nihil va
let. Ratio: qz vos in vita vestra estis i pec
cato mortali: qz noluistis restituere: ideo in
alia vita eritis eternaliter in pena. Greg.
Ad magnā iustitiā dei pertinet vt in alio
mūdo nō careat supplicio qui in hoc mū
do noluit carere peccato. Quarta dicitur
quartana: hec significat febrē aie que dz
superbia triplici ratione. Prima ratio est
qz est leonina. Leo aūt est aial superbū: et
significat personā superbā: q̄ affligit ad
instar leonis de febre supbie. Secūa ratio
quartana multū durat: vt patet de lucife
ro: q̄ adhuc hodie affligitur febre super
bie: cupiens deo parificari. Sed qz nō po
test de facto: tū in figuris ꝛ signis vult ei
equari. Itē est incurabilis. Auaricia cu
ratur per paupertatē: luxuria ꝓ infirmi
tatē: sed supbia minime. Tertia ratio: qz
sicut quartana venit quarta die: sic sup
bia venit ex quatuor: scz ꝓpter bona cor
poralia ꝛ propter bona spiritualia: ꝛ pro
pter diuitias terrenas et ꝓpter honores
mundanos. Quantum ad primū. Iuue
nis pulcher et fortis ꝛc. magnā superbiā
habet de se. Sed optima medicina cōtra
hoc est cogitare morte quō tunc vermes
comedent carnes. Quantū ad secundum
quidā superbiūt de bonis spiritualibus
quia orant: leiunāt: de quib⁹ volūt habe
re vanā gloriam. Remedium contra hoc
est quando sanctiores nobis peccauerūt
et dānati fuerūt. Ideo auisetis quia non
est vestrū sed dei qui vobis imposuit lo
cale deuotiōis vt ipsum portetis: ideo vi
deatis ne ipsum pdatis. Quantū ad ter
tium quidā superbiunt de diuitijs terre
nis. Remediū cōtra hoc est cogitare quo
modo hodie vel cras amittentur omnia
Quantū ad quartum: quidā superbiunt
de honore mūdano dicēdo. Ego sum pa
pa: ep̄s: rex vel miles ꝛc. Remediū cōtra
hoc est quō hodie: cras: ꝛ cito te oportet
reddere computū qualiter dignitatē ha
buisti: q̄liter in ea viristi: et qualiter pec
cata notoria correxisti. Et beda. Quatuo
or sunt species quib⁹ois tumor arrogan
tium declarat. Contra hanc dicit medi
cus noster xp̄s. Superbiam nūq̄ in tuo
sensu aut in tuo verbo dominari permit
tas: in ipsa esī initiū sumpsit omnis per
ditio. Thob. iiij. Nota ois perditio. s. an
gelo⁹ ꝛ hoim. Quinta febris dicit ephe
mera: quia eadem die qua venit recedit.
Dicitur autez ephemera a pisce sic dicto
qui moritur illa eadem die qua nascitur
Hec signat febrem anime que dicitur ira
que eadem die qua nascitur debet mori.
Uerbi gra. Si fit tibi aliqua iniuria ver
bo vel facto: subito venit ira in corde: sed
eadem die debet mori scz recipiēdo pro
positum non se vindicādi: quia vindicta
est dei. Da mihi vindictam: et ego retri
buam dicit dñs. Cōtra istā apl's ordina
uit optimā medicinā dicens. Irascimini
et nolite peccare. Sol non occidat super
iracundiam vestrā: nolite locū dare dia
bolo. Ephe. iiij. Nota irascimini ꝛ nolite

peccare: supple recipiendo vindictā. Sol
non occidat ꝛc. Patet quō ira debet mo
ri eadem die. Dicatur exemplū quod le
gitur in vitaspatrū de illo sancto eō qui
inuitauit ad prandiū illum heremitam:
qui er aliqua necessitate venit ad suā ci
uitatē. Eps aūt cogitās magnā afflictio
nem et abstinentiā quā heremita fecit in
heremo: fecit bonū prandiū. Quod cū co
ram heremita ponerētur: ait eō. Pater:
parce mihi: qz ex quo istū habitū sumpsi
aliquid mortuū non comedi. Cui respon
dit eps. Pater: parce mihi: qz ex quo istā
cappā sumpsi: sol nō occidit super ira cun
dia meā. Respōdit heremita. Pater: me
lior es ꝙ ego. Meliorē virtutē reputauit
patientiā ꝙ abstinentiā. Multi sunt ab
stinentes q̄ non sunt patiētes. Būdictus
est ille q̄ qñ ponit se in lecto potest dice
re cūueritate Deo gr̄as: qz nō habeo irā
in corde meo ꝓtra aliquē. Itē nolite locū
dare diabolo: qñ ira est dispositio vt dia
bolus intret in corpora vt dicūt demōes
qñ cōiurant in obsessis. Sexta febris est
erratica sic dicta: qz nullū ordinē seruat.
modo venit vna hora: modo alia. Hec si
gnificat febrē aie que dicit luxuria: q̄ nul
lum ordinē seruat. Luxuriosus enim nō
seruat ordinē: non tēpus: nō personā: nō
modū: immo vadit luxuriosus erratice:
sicut ille q̄ errauit dicendo. O maior dele
ctatio esset cū illa scz cū moniali: vel leg
tima ꝛc. vel tali modo. Qñ ꝛcupiscentia
carnalis infinita est nec habet terminuz.
Ideo dicit scriptura sancta de luxuriosis
Semetipsos tradiderunt impudicitie in
operationē ois immūdicie. Eph. iiij. No
ta tradiderūt impudicitie. s. cogitādo: lo
quēdo: audiēdo: respiciēdo: tangēdo. De
illa materia in opatione ois immūdicie.
Cōtra istam dicit nobis medicus noster
apl's ad Thessal. iiij. hec est volūtas dei
sctificatio vestra vt abstineatis vos a for
nicatione: et sciat vnusquisq̄ vestrū vas
suū possidere in sanctificatione: nō i pas
sione desiderij: sicut ꝛ gētes que ignorāt
deū. Quilibet sit contentus de vxore sua
iuuene vel antiqua: turpi vel pulchra: ac
si in mūdo non esset alia mulier. Cauete
ergo ab ista febre erratica: q̄ tot occidit
morte eterna. Septima febris est ethica:
q̄ fixit intus in ossib⁹ ꝛ mēbris. Hec figit
febrē aie que dicit invidia. Qñ sicut fe
bris ethica que est in mēbris radicata cō
sumit humidū radicale quod dat vitam
corpori: ꝛ sic homo moritur. sic etiam in
uidia consumit humidū radicale scz cha
ritatem que dat vitā anime. Vita carniū
sanitas cordis: putredo ossium inuidia.
Prouer. xiiij. Nota ꝙ cor dicitur sanū qñ
diligit omnē creaturam humanā vniuer
saliter ꝛ gaudet de bono alterius. Inuiꝛ
dia est putredo ossium. i. virtutū: quoniā
sicut ossa sustinent corpus: ita virtutes
sustinent animā. Ideo christus medicus
noster dans nobis amphorismū dicit per
apostolū petrū. Deponentes omnē mali
ciam et omnē dolū: ꝛ simulationes et in
uidias: sicut mō geniti infantes: lac sup
ple charitatis concupiscite. j. Petri. ij.

¶ Feria. vj. post Oculi. Sermo vnicus.

SImus quia hic ē
vere saluator mūdi. Joā. iiij.
Istud sanctū euangeliū cōti
netvnam pulchrā historiā in
q̄ cōtinent tres magne dispu
tationes inter xp̄m ꝛ alias personas.

Prima fuit inter christum et mulierem
samaritanam.

Secunda fuit samaritane cum christo.

Tertia fuit cum christo et discipulis.

Et q̄libet disputatio hz optimā q̄stionē.
Cōclusio prime disputatiōis fuit Dñe vi
deo ꝙ ꝓpheta es tu. Cōclusio scde disp
tationis est ꝙ xp̄s est messias. Conclusio
tertie disputatiōis est thema: qz saluator
mūdi. Quantū ad primam disputationē
struxit eos scz per Titū ⁊ Uespasianū. Et sicut iudei vendiderunt xp̃m .xxx. argenteis: sic romani vendiderūt .xxx. indeos pro vno denario. Et tota ciuitas hierlm fuit postea per romanos destructa ⁊ oēs iudei vt occisi vel vēditi ꝑpter mortē xp̃i Moral⁹ habem⁹ hic doctrinā. Si vultis q̄ de⁹ nō det penitentiā vel destructionē caueatis ne amore vel timore alicui⁹ faciatis aliq̄d cōtra deū. ꝙbi gra. Caueant seruitores vel famuli vt nō contra deum coplaceāt suis dñis ⁊ magistris: al's dñs puocabit eos ꝛ eos. Ista est causa ꝙre in curijs dñoꝝ illi q̄ sunt ab eis magis dilecti veniunt ad malū finem ⁊ destructionē Idē de dñis cōtra deū complacendo subditis non puniendo ipsos ſm q̄ iustitia requirit: q⁹ sunt ꝛ eos ꝛ sunt eis prodi tores: iurta regulā ꝑ q̄ quis peccat ⁊c. Idē de mlieri⁹. Caueat mulier ne amore vel timore cōsentiat viro de corpe suo aliquid cōtra deū ⁊c. q⁹ al's deus puocabit sibi virū ⁊c. ꝑ oppositū caueant viri ne ad complacendū vxoribus in ornamētis ⁊ vanitatibus faciāt cōtra deū s. vsuras: furta ⁊c. al's de⁹ puocabit mulierē aduersus virū: quia faciet aliquid contra honorē viri. Idē de filijs ergā parentes et ecōuerso. Scōm deū potest hō cōplacere oibus: ſz non cōtra deū: al's ⁊c. Auctori. dō. ps. lij. Deū nō inuocauerūt illic trepidauerūt timore vbi non erat timor. Cū de⁹ dissipabit ossa eoꝝ q̄ hoib⁹ placēt confusi sunt: q̄m deus spreuit eos Nota ossa eorū .i. bona tpalia quib⁹ fustētamur vt homo sustentat ossibus qui hoibus placēt. s. cōtra deum. Prophetia fuit dauid illoꝝ iudeoꝝ de consilio dei. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit. Moral⁹ sicut rex dat certum signū vel diuisiūm suis militibus: vel sicut pastor signat oues suas certo signo: ita xp̃s suis electis dat tria signa spūalia. s. signū creationis: adoptiōis: ⁊ signū recōsiliationis. Primū signū est imago dei expressiuū trinitatis. s. memoria intelligentia et volūtas. Hoc signū datur a deo in creatione alie: quēadmodū rex in moneta quam facit auri ⁊ argēti imprimit suam imaginē. Secusin alia moneta de cupro vel stāno. Sic deus ab initio fecit monetā de plūbo siue stanno. s. creaturas irrationales. Deide fecit monetā de auro. s. hoiem: et imposuit signū imaginis. Q̄m sicut deus vnus est tres persone: ita alia vna est tres potentie. Gen. ix. Ad imaginem dei ꝓpe factus est homo. De isto signo dicit dauid. Signatū est sup nos lumen vultus tui dñe. nō dicit infra nos. s. in carne: nec intra nos. s. in sensualitate: sed sup nos. s. in alia in qua de⁹ pater ipsi mittit memoriā: filij⁹ intelligētiā: ⁊ spūssanctus volūtatē. Et iste tres potētie sūt vna alia: sicut pater filius et spūssanctus sunt vnus deus. Hec imago est pulcherrima q̄ est sine pcō. Sed deturpatur horribiliter ex peccato mortali. Sed hoc signum nō sufficit ad saluationē. Scōm signū ⁊ adoptionis q⁹ datur in baptismo. Doctrina est in sancta theologia quod in baptismo datur quoddā signū in alia quod a sanctis doctorib⁹ ⁊ character: pu: chū signū ad instar stelle in fronte. Ideo Johannes baptista et virgo maria voluerūt baptizari a xp̃o: licet fuissent sanctificati inyte ro matris: vt haberēt signū characteris. De isto signo dicit apostolus aliquibus q̄s baptizauerat. Credētes signati estis spū pmissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre. Ephe. i. Nota pign⁹ hereditatis. Qui tenet pignus securus pōt esse de debito pmisso. Ita signum characteris est signū certū de gloria habenda: ideo pueri nouiter baptizati q̄ decedūt ad portā paradisi ostēdūt signū: ⁊ statim habēt ingressum. Ideo dicit pignus hereditatis. Ex pmo signo null⁹ consequit hereditatē paradisi: sicut nec filij⁹ bastardus hereditatē patris quātūcūq; assimilet patri. ꝑpter hoc pueri q̄ moriunt ante baptismū tanq̄ bastardi non consequunt hereditatē paradisi: ſz assimilent deo ex primo signo: q⁹ nō sunt filij legitimi per baptismū. Ideo dicit xp̃s. Amen amē dico vobis. nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsancto: nō pōt intrare in regnū dei. Jo. iij. Tertiū signū est reconciliationis: q⁹ datur in penitentia quādo deturpati estis primis duob⁹ signis per peccata homo reconciliatur deo per veram penitentiam conterēdo de peccatis: confitendo etiam quādo confessor absoluit: tūc datur anime quoddā signū quod dicit ornatus ad instar vnius pulchri crinalis quod portaꝝ a nobili domicella in fronte: quod signū q̄n videtur a demonibus q⁹ alꝫ post mortē egredit de corpe: demones fugiūt: ⁊ in receptione illius signi duo alia signa pulchrificātur ⁊ decorātur. Hoc signū petebat dauid a deo dicens. Fac mecū signū ſ bonū vt videāt qui me oderūt: scz demones: ⁊ cōfundant: q̄m tu dñe adiuuisti me ⁊ consolatus es me. ps lxxxv. Dicaꝝ quō in nouentiunt demones vt tollant aiam tuā: sed virgo maria obtinuit ꝑ singulari q⁹ in morte sua nō videret demones. In hoc pūcto opz nos venire ⁊ in isto cōflictu: ⁊ nescimus si hodie vel cras: sed q̄n alꝫ portat secū hoc tertiū signū: demones cōfusi cōfugiūt: ⁊ angeli boni ipam recipiūt ⁊ associāt: iō oino habeamus hoc tertium signum. Ecce quare dicit hic homo: scz xp̃s verus deus ⁊ homo multa signa facit in suis ouib⁹. i. electis. non solū signa corpalia: sed etiam spūalia hec tria predicta. Scdo notaui in euāgelio de illo cōcilio diffinitionē indignā: q⁹ indigne ⁊ iniuste fuit ibi cōclusus et diffinitū q⁹ xp̃s moreret. De hoc dicit scā pars euāgelij. Un⁹ aūt ex ipsis cayphas noie: cū esset pontifex anni illi⁹ dixit eis. Vos nescitis quicq̄ nec cogitatis q⁹ expedit vobis vt vnus homo moriaꝝ ꝓ populo: ⁊ nō tota gēs pereat. Hoc aūt a semetipso nō dixit ꝙz cū esset pōtifex anni illi⁹ prophetauit q⁹ iesus moriturus erat p gēte: ⁊ nō tm̄ ꝓ gēte: sed vt filios dei q̄ erāt dispsi cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eū. Ecce diffinitio indigna ⁊ cōclusio illi⁹ concilij. No. ꝓactice q̄n cōcilio ꝛcurrit deuce in voce: ⁊ ꝙlibet in loco suo dicebat votum suū. Et videt ꝙ in isto cōcilio erant diuisi: quidā dicebāt q⁹ xp̃s oino moreret q̄m xp̃s cōfundebat eos coꝝ ppō. iō ⁊c. Quidā id idē ꝙ moreret. Ratio est quia totus populus sequit eū: nobis dimissis et neglectis ⁊c. quidā aūt qui erant ꝓ xp̃o: ſz occulte: sicut ioseph ab arimathia De quo Lu. penul. Qui nō ꝙsensit ꝙcilio et actib⁹ eorū. ⁊ Gamaliel. De quo Act. v. ⁊ Nicodem⁹. de quo Jo. iij. q̄ dicebant Cū xp̃s messie sit cōpletū: attēdatis ad signa q̄ facit: et ad testimoniū q⁹ Joā. sibi fecit. Non audebant dicere clare q⁹ esset messias: q⁹ occidissent eos. libenter tñ ei salvassent. Itē dixit Nicodemus. de quo Jo. vij. vbi ait. Nunq̄d lex nostra iudicat hominē: nisi prius audierit ab ipso ⁊ cognouerit q̄d faciat: quasi di. Fiat sibi ꝓcessus ſm legem: nec moriatur sic subito Hoc dicebat nicodemus ad hunc finē: q⁹ forte iterū conuerteretur: sicut ministri quos miserant ad capiendū xp̃m fuerūt cōuersi dicētes. Nunq̄ sic locutus est homo. Alius dicebat q⁹ sufficeret preceptū penale ne decetero pdicaret. Alius dicebat q⁹ teneretur captus vel arrestatus in loco suo de nazareth ⁊ sufficeret. Ali⁹ q⁹ preciperet populo ne audirent ipm de cetero ⁊ sic cessaret sua pdicatio paulatim. Alius dicebat q⁹ mitteret in carcere cum pane ⁊ aqua vt moreret ibi. Ali⁹ dicebat q⁹ exularent eū de patria. Alius dicebat q⁹ captus ⁊ ligatus mitteret romano imperatore cum processu quō faciebat se regem iudeoꝝ ⁊c. Alius dicebat q⁹ recurreret super hoc ad ꝓlatū qui erat ibi pro imperatore: ita q⁹ in dicto cōsilio nō erāt cōcordes. Tūc cayphas qui erat pōtifex anni illius: q⁹ ꝓsidebat in consilio auditis vocib⁹ ⁊ rōnibus oim dixit. Vos nescitis q̄cq̄. i. ignoratis estis: nec vos dñe nicodeme datis bonū consiliū: nec vos dñe talis ⁊c. Et ꝙclusit diffiniēdo di. Expedit vobis vt vnus hō moriaꝝ pro populo: et nō tota gens pereat. Sup hoc dicit Jo. Hoc a semetipso nō dixit: ſz cū esset pōtifex anni illi⁹ prophetauit q⁹ iesus erat moriturus ꝓ gēte. Quicq̄d ibi fuit malicie fuit a cayphas: ſz q⁹ xp̃s moreret vt saluaret sibi credentes et obedientes: hoc fuit a spiritu sancto q̄ ꝓphetauit ore mali pōtificis q̄cūadmodū fuit locutus ore alalie vt ꝓ de asino Balaā. Tunc dederunt sententiam mortis cōtra xp̃m cū notario publico mandātes q⁹ caperetur vbicunq; inueniretur. De isto consilio prophetauit dauid di. Q̄m declinauerūt in te. i. contra te mala cogitauerūt cōsilia: q̄ nō potuerūt stabilire. i. refrenare. ps. xx. immo vn⁹ dicebat vnū: ali⁹ aliud ⁊c. Nota cū dicit: declinauerūt ⁊ nō tenuerūt. Declinatio ſm grāmaticos fit ꝑ ſex casus. s. nominatiuū ⁊c. Sic iudei declinauerūt xp̃m ꝑ ſex casus. Primus est nominatiuus a nominādo: quando ipsi videbant xp̃m nominabant ipsuz sic. Ecce homo vorax: potator vini: publicanoꝝ et peccatoꝝ amicus. Mat. xi. Nam postq̄ christus fecit quadragesimam duram dando exemplum penitētie personis contemplatiuis ⁊ ꝑspiritualis-

bus:postmodum incepit predicare:et tenuit vitā communē comedendo ⁊ bibendo communia exceptis carnibus:dando exemplum predicatoribus qui habēt labotarevt caueāt ne ex nimia abstinentia habeant dimittere predicationē:ideo iudei dicebant. Ecce hō vorax ꝛc. Scōs casus dicit genitiu⁹ a generādo di. Nōne hic est fabri filius:nōne mater eius dicit maria:et fratres ei⁹ iacobus ⁊ ioseph: et symon ⁊ iudas ⁊ sorores eius:nōne oēs apud nos sunt. Vñ ergo huic omnia ista: Mat.xiij. Tertiꝰ casus ꝺr datiuus a dando:qr oēs gras q̄s xps dabat interpretabanť in malū di. Hic nō ejcit demonia nisi in beelzebub principe demoniorū. Lu. xj. Idē de gratijs spūalibus ⁊ remissione peccatoꝝ dicēs. Hic blasphemat. Mar.ij. Quartꝰ casus ꝺr accusatiuꝰ ab accusādo: qr accusabāt ipm de criminib⁹ lese maiestatis vt moterēt di. Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā ⁊ phibentē tributa dari cesari:⁊ dicētē se xpm regē esse. Lu. xxiij. Quintus casus ꝺr vocatiuꝰ a vocādo di. Veni demoniace:veni samaritane: nonne bñ dicim⁹ nos qr samaritan⁹ es tu ⁊ demoniū habes. Jo.viij. Sextus casus ꝺr ablatiuus ab auferētes ipō scitatē. nō realr sed verbalr di. Nos scimus qr hic hō peccator est. Jo.ix. Nō est hic hō a deo q̄ sabbatū nō custodit. Item auferebāt sibi pplm di. Quid eū auditis insanit ⁊ demoniū habet. Jo.x. Ecce quō declinauerūt eū per oēs casus:et iō dixit ꝓpheta. Oēs declinauerūt ꝛc. Moralr nota hic sup hoc.vt filios dei.i.ꝑdestinatos cōgregaret in vnū.i. in vnā ecclesiā ex iudeis ⁊ gentib⁹ ꝓstitutā:vt esset vnū ouile sicut ⁊ vnus pastor. Et inuenio quatuor congregationes sanctas a xpo iesu. Prima de mia diuina. Scōa de iustitia vniuersali. tertia de saluatione celesti. quarta de dānatione eternali. Prima fuit qñ cōgregauit infideles et paganos ad vnū finē: baptismū: deitatē et pacē. Ad Ephe.iiij. Unus dñs:vna fides:vnū baptisma:vn⁹ deus ⁊ pater oim ꝛc. De ista cōgregatione dicit ipsemet. Hierusalē hierm q̄ occidis prophetas ⁊ lapidas eos q̄ a te missi sunt. quotiēs volui cōgregare filios tuos quemadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas ⁊ noluisti ꝛc. Mat.xxiij. Nota quō ad instar galline que habet pullos clamabat ꝑdicando vt congregaret gentes sub alas scz credentie et obedientie. de quibus dauid di. Subumbra alarum ꝛc. Si ergo volumus euadere et fugere miluū inferni ad instar pullox: ponamus nos sub alas xpi. Scōa cōgregatio est iustitie vniuersalis: ⁊ erit in die iudicij mortuo antixpo: tunc oēs congregabuntur coā xpo. Ratio. qr ipse dabit tūc retributionē ꝑm opera que fecim⁹ bona vl mala. De ista cōgregatiōe auctoritas Mat.xxv. Cum venerit filius hois in sede maiestatis sue: congregabuntur ante eū omnes gentes. Tertia cōgregatio de saluatione celesti erit qñ xps dicet bonis qui erunt a dextris. Venite benedicti ꝛc. Mat.xxv. Qui statim virtute glie ascendēt in altū in societatē xpi:angelorū:sanctoꝝ: de quo dicit xps Mat.xiij. In tēpore messis dicā messoribus. Colligite primū zizania ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendū:triticū aūt congregate in horreum meum. Quarta cōgregatio erit de dānatione eternali quādo data a christo sentētia dānationis cōtra malos di. Discedite a me maledicti ꝛc. oēs simul i cor pore ⁊ aia cadent in inferno. De ista congregatione auctoritas. Esa.xxiij. In die illa visitabit dñs sup militiā celi in excelso et super reges terre qui sunt super terram:⁊ cōgregabunť in ꝛgregatione vni⁹ fascis in lacū:et claudētur ibi in carcere: et post multos dies visitabūtur. Tertio notani in sancto euāgelio hodierno cōsecutionē benignam scz ex parte xpi:qr determinato ⁊ concluso ꝛcilio sciens xps q̄ nondū venerat tempus ⁊ hora passionis sue recessit ⁊ abscōdit se. De hoc dicit tertia pars euāgelij. Jesus ergo iam nō palam ambulabat apud iudeos:ꝫ abūt in regionē iurta desertuz in ciuitatē q̄ dicit effrem.et ibi morabať cū discipulis suis. Ecce hic ꝛsecutio benigna:qr dñs ⁊ creator voluit cedere iudeis maliciosis ⁊ fugere i ciuitatē effrē iuxta desertū postq̄z fuit data sententia mortis ℈ cū. Moralr dat in hoc nobis xps exemplū et instructionem fugiendi mortem spiritualē: qr mors corporalis non potest vitari nec potest eam quis fugere. Nam in cōsistorio sancte trinitatis datur sententia mortis contra peccatorē. Auctoritas. Ezc.xviij. Anima que peccauerit: ipsa morietť. nec

aliqnis potest se excusare de peccatꝭ. Est ergo nobis remediuz ad instar christi fugere ⁊ ire in ciuitatē effrem:que interpretatur fertilis ⁊ abundans:que significat pniaz q̄ est fertilis ⁊ abundās in gratijs: virtutibus ⁊ meritis in remissionē pctox mortaliū ℈tū ad culpas:retiā ℈tū ad penas. autoritas. Omi habēti dabit:⁊ abū dabit:ei aūt qui nō hz ⁊ qđ videť habere auferet ab eo. Mat.xiij. Nota omi habēti.ſ.verā pniaz dabit.ſ.remissio peccatoꝝ ⁊ gra. ei aūt qui nō hz:scz pniam bona tpalia:ꝓpter dñiuz:diuitie:amici ꝛc. auferent ab eo:scz p mortē. Uel qđ videť habere.ſ.de bonis spūalibus auferet ab eo. Et ꝺr q̄ ciuitas effrem erat iurta desertū:⁊ parua ciuitas depopulata:qr ciuitas penitētie q̄si deserta est:quia pauci habitāt in ea:imo a multis despicit et dimittit:iō dicit xps q̄ angusta est porta et arta via q̄ ducit ad vitā ⁊ pauci sunt q̄ inueniūt eā. Mat.vij. Jō de pnia ꝺr in terra deserta inuia.i.sine via:qr pauci inde transeūt:⁊ ina quosa.ſ.sine aquis delicitū. Sed ecce bonū qđ ꝛsequit ex pnia:sic in sctō apparui tibi vt viderē virtu. tuā ⁊ gloꝛ. tuā. ps.lxij. Jō xps. Mat.iiij. ꝑniam agite.i.ad ciuitatē effrez ꝛfugite si sentiā eterne mortis vultꝫ euadere. Deo. ℊ.

¶In vigilia palmarum. Sermo vnicus

Sublevatis oculis iesus in celū dixit. Uenit hora clarifica filium tuum. Jo. xvij. Totū sanctū euāgelij hodiernum est vna deuota ⁊ sancta oratio quā xps fecit coraz discipulis suis in nocte passionis. Et continenť tria puncta in euangelio. scz

Wispositio conueniens.
Postulatio sufficiens.
Allegatio perficiens.

¶ Prio xps dispositum corpus cū aia cōueniēter. Scōo postulauit sufficiēter. Tertio allegauit prudēter. Hec tria ꝺr quilibet obseruare in sua oratione si cupit a deo exaudiri. Hec tria oñdunť subtilr in themate ꝓpositio. Primum ibi. Subleuatis oculis iesus. Scōm ibi. Dixit.ſ. orationem suā postulādo pri. Tertiū ibi. Uenit hora clarifica filiū tuū. Ecce hic petitio sufficiēs. Prio dico q̄ in sctō euāgelio ostenditur deuota oratione xpi dispositio conueniēs necessaria oratioui.ſ.gustus corporis. Modꝰ cōueniēs necessarius oratioui inter alias est eleuare oculos versus celuz Rō:qr ꝴ Damascē. ozō est ascēsus mentis in deū. Cōuenit ergo corpus cōcordet cū aia:qr sicut aia eleuat ocl'os spūales in deuz:qō etiā corpus eleuet oculos carnales versus celum. De hoc habem⁹ experimētū in natura de bruto. q̄ aialib⁹ q̄ qñ sunt i magna necessitate eleuāt oculos ℣sus celū instictu nature q̄si petētes auxiliū creatoris. No.ō hoc historiā Joheľ.ſ.de magna siccitate ⁊ fame q̄ fuit in terra ꝑmissiois. itm q̄ iumēta nō inueniebāt herbā ad comedēdū:nec aquā ad bibēdū tāta erat sterilitas ⁊ siccitas fontiū intm q̄ aialia ibāt ꝛgregata q̄si hoiesfa ciētes ꝓcessionē mugiētia:⁊ ℣sus celum ocl'os leuātia q̄si a deo auxiliū petentia ꝺr tex. Bestie agri q̄si area sitiēs ibiē suspexerūt ad te qm ericcati sūt fōtes aq̄rū et ignis deuorauit speciosa deserti. Iohelis.ſ.No. suspexerūt.i.sursum aspexerūt. Ratio:qr quādo ille qui hz claues ad panes vel vinū est crudelis filijs ⁊ seruitoribꝰ dñi:qr nō vult eis dare panē nec potum:remediū quod habent filij ⁊ seruitores est recurrere ad patrē. Sic totus mūdus est domus dei. Ancilla seu captiua cui dñs ꝛmisit claues pāis vini ⁊ fructū est natura:sic ei ordi nauit deus q̄ p manus suas habeam⁹ oia necessaria vite humane. Nos ℣o sum⁹ filij ⁊ seruitores domini:quib⁹ quādoq; ancilla ista .i. natura est aspera ⁊ dura ⁊ rudis qr nō vult dare vinū:aquā:blada:iō recurrēdū est ad patrē sicut fecerūt aialia. Idē ēt fecerūt aues. Unde semel deꝰ fecit Job questionē dicens. Quis preparat coruo escā suā quādo pulli ei⁹ clamāt ad deū vagiētes eo quod nō habeant cibos. Job.xxxviij. Nota super hoc dicūt glose ⁊ postille qđ coruꝰ est multū zelotipus de vxore sua ⁊ quādo filij incipiūt habere plumas tunc plume sunt quasi albe ad modū cynorū tunc coruus dubitans an sint filij sui nō vult eis prouidere:nec permittit q⁹ mat ministret eis cibum quousq; mutant plumas ⁊ efficiūť nigri ⁊ iterim trāsēūt plures dies. de quo viuūt tūc. dicūt quod suspicientes ℣sus celū clamāt:⁊ deus mittit eis rorē ō quo viuūt. De hoc infrogauit deꝰ Job di. Quis ꝓparat coruo ꝛc. Et

nescíunt rndere: sed hnic quæstioni rndit
Dauid di. Qui dat iumẽtis escã ipsoꝝ et
pullis corui inuocãtibꝰ eum: instinctu
naturali qui. s. deus dat. Nota etiam hic
qđ dicit btūs Hieronymꝰ se inuenisse in
annalibꝰ hebreoꝝ de piscibus maris qꝫ
per decẽ dies ante diẽ iudicij leuabũt se
sup aquas maris clamantes versus celũ
magnis clamoribus ꝙs nemo intelliget:
nisi solus deꝰ. Quãto ergo magꝭ nos qꝫ
habemus rationẽ intellectũ debemꝰ ad
ipsum recurrere in necessitatibꝰ nostris
ꝛ periculis leuãtes oculos nostros ℞ sus
celũ orãdo ꝛc. Auctoritas. Cũ ignotemꝰ
quid agere debeamus: hoc solũ habemꝰ
residui: vt oculos nostros dirigamus ad
te. Uerbũ fuit illius sancti Josaphat. ij.
Paral. xx. iõ dõ. Ad te leuaui oculos me
os ꝛc. Nunc modũ seruauit xps in nocte
passionis qñ iam indei veniebant ad ca
piendũ eũ: ipse sublevatis oculis in celũ
dixit: scz orationẽ suã dans nobis exẽplũ
vt in nostris necessitatibꝰ ꝛ periculꝰ ideꝫ
faciamus: tñ nõ sunt dimittẽda ona reme
dia naturalia si haberi pñt: si ℞ haberi
nõ possunt debemus recurrere ad deũ qꝫ
nunq̃ deficit nisi sit defectꝰ noster: quia
eleuamus oculos corporaliter versus ce
lum: sꝫ nõ corimo sunt multi qꝫ dicũt. pa
ter noster ore: vel Aue ma. ꝛ in corde cogi
tãt de coꝛna vl de taberna. Hec ẽ vna
de rationibus quare deꝰ nõ exaudit ora
tiones nostras nec pcessiones quas faci
mus. qꝛ non dicimꝰ bñ orationes ꝛ letã
nias ore ꝛ corde. Ostẽdo tibi dictũ: qꝛ di
stincte ꝛ reuerenter supplicatur pape vl
regi: alꝫ indignatur vl nihil obtinet: im
mo sunt multi qui qñ habẽt dicere offñ
querunt locũ inãctũ: vt nõ habeant oca
sionẽ cogitãdi qđ dicũt: vt platea. Secus
fuit antichꝰ. Ideo tũc exaudiebant ha
tum a deo et habebãt remediũ ꝛ modo ni
hil immo malũ multiplicat. Ideo aplus
ſ. Coꝛ. xiiij. Si otem lingua: supple tñ:
mens mea sine fructu est. Propter hoc di
cit iesus iudeis orantibꝰ solũ ore. Popu
lus hic labijs me honorat: coꝛ aũt eoꝝ lõ
ge est a me. Qvynus cogitabat de coãna
alius de taberna: alius de foro ꝛc. Ideo
sine causa colũt me. i. sine vtilitate. Mat
thei. xv. Si ergo vultꝭ exaudiri in vestꝭ
orationibꝰ: eleuate simul oculos corporis
et aie ℞ sus celũ. Et hec est dispositio ꝙ ne
niens quã tenebat ẽt rex dõ di. Ad te le
uaui oculos meos qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi ꝛc. Not. practice quõ ser
ui respiciũt manus dñi: scz qñ eis beneficiet. Idẽ de ancilla in manibus dñe. Se
cundũ qđ requirit deuota ꝛ pia fecta ora
tio est postulatio sufficiẽs: qꝛ in oratione
homo dz petere ꝙ se primo: deinde pro a
lijs. Sic fecit xps postq̃ disposuit coꝛpꝰ
in gestu: tũc petijt sufficienter ꝛ cõplete.
Primo ꝙ se di. Pater venit hora: scz pas
sionis: clarifica filiũ tuus vt filius tuus
clarificet te: qꝛ gloria filij redũdat in glo
riã patris. Clarificare ideꝫ est qđ glorifi
care: vt clare cognoscatur. Nota decem
clarificationes quas xps petijt inq̃tuz
hõ ꝛ obtinuit iurta. x. humilitates quas
in passione habuit ꝛ sustinuit. Prima cla
rificatio qꝫ ex quo humiliabatur vt pate
retur in cruce petebat vt exaltaret: clari
ficaretur in celo per signa diuinitus ostẽ
sa. Quod ꝙpletũ fuit qñ in passione tene
bre facte sunt super vniuersam terrã ꝛ sol
obscurauit se. Mat. xxvij. quasi dolerent
scrui de morte dñi sui induentes se de ni
gro. Ecce pria clarificatio ondebãt ei cre
ature qꝫ ille qui patiebatur erat creator.
Scõo petijt vt clarificaret in terra ex qꝫ
humiliabatur in terra per passionẽ. Qđ
ꝙpletum fuit qñ terra mota est: et petre
scisse sunt ꝛ monumẽta aperta sũt. Mat.
xxvij. Tertio vt clarificaret in iferno ad
quẽ descendebat. Quod ꝙpletum fuit qñ
aia christi in limbo dedit gloriaz sanctis
patribus ibi existentibꝰ. Et multa corpo
ra sanctoꝝ qui dormierant surrexerũt si
cut abraã: isaac: iacob ꝛ dauid: ꝛ appue
runt multis in ciuitate: crucifixẽtes gliam
quã habebant in libo. Quarto vt clarifi
caret in cordibus romanoꝝ sub quibꝰ
humiliabatur cõpatiẽdo. Quod ꝙpletũ
fuit qñ centurio ꝛ alij videntes que fiebant
dixerũt. Uere filiꝰ dei erat iste. mat. xxvij
Quinto vt clarificaretur in cordibus in
deoꝝ qui erant vltra centuz milia in illa
platea: scz in monte caluarie qꝫ venerant
ꝓpter festũ pasche in hierusalẽ. Qđ com
pletũ fuit qñ ois turba coꝛ qui simꝭ ade
rant ad spectaculũ illud ꝛ videbãt qꝫ fie
bant pentientes pectora sua reuertebat
tur. s. illuminati. Lu. xxiij. dicẽtes. O mis
eri qđ fecimus. Itẽ latro fuit clarificatꝰ
in suo intellectu di. Memẽto mei dñe dũ

veneris ꝛc. Sextovt clarificaret in corpe
qđ humiliabat ad sustinẽdũ flagella cla
vos. ꝛ coronã spinaꝝ. Ideo pater clarifi
ca filiũ tuũ. Qđ cõpletuz fuit in resurre
ctiõe qñ surrexit gloriosus impassibilis ꝛc.
Ro. vj. Xps. resurgẽs ex mortuis iam nõ
moritur: mors illi vltra nõ dominabitur ꝛc. Septimo
vt clarificaret i apłos discipłis di. pater
venit hora. s. disposicionis apłoꝝ qꝫ perdide
runt fidẽ. Qđ cõpletũ fuit qñ i die resur
rectionis apparuit eis: ꝛ gauisi sunt disci
puli v so dño: ꝛ illuminati fuerunt in ve
ra fide. Joã. xx. Octauo vt clarificaret in
angelis sub quibus humiliabatur ad reci
piendũ ꝓfortationẽ di. Pater venit hora
scz vt sim ꝓfortat⁹ ab ãgelo. Ideo clarifi
ca filiũ tuũ. Qđ cõpletũ fuit in die ascen
sionis qñ ascẽdit sup oẽs angelos. Eph.
i. Constituẽs eũ ad dexterã suã in celesti
bus sup oẽm principatũ ꝛ ptãtem ꝛ ꝑtu
tem ꝛ dñationem ꝛ oẽ nomen qđ nolak
nõ solũ in hoc seculo sed etiaz in futuro.
Nono in oibꝰ gentibꝰ mũdi di. Pater ve
nit hora. s. vt humilier sub oibꝰ gentibꝰ.
Ideo clarifica filiũ tuũ vt cognoscak per
fidẽ ꝛ honorẽt ab oibus. Qđ ꝙpletũ fuit
cpe apłoꝝ qñ in oẽm terrã exiuit sonꝰ eo
rũ. Decimovt clarificẽt in iudicio di. pa
tervenit hora. s. humilitatꝭ vt iudicer ab
hoibꝰ: clarifica filiũ tuũ vt sit iudex oim
creaturaꝝ. Phił. ij. Humiliauit semetipz
factus obediẽs vsqꝫ ad mortem ꝛc. ꝓpter
qđ deus exaltauit illũ ꝛc. Moraliter exẽ
plo xpi si volumus exaltari in paradiso
humiliemus nos in hoc mundo: qꝛ qui
plus se humiliat in hoc mundo magis
exaltabit in alio. Nota ad hoc disputa
ionẽ ꝛ questionẽ apłoꝝ in invia ꝙs ipso
rũ esset maior in paradiso. Mat. xviij. Et
quilibet fecit suã rõnez. Primo sanctꝰ pe
trus qui erat vicarius xpi. Et nota quo
deus posuit exaltationẽ ꝛ maioritatẽ in
ꝑtute. humilitatis que ab oibus põt ha
beri. Scõo xps in sua oratione postula
uit sufficiẽter, p nobis qñ dixit. Sicut de
disti ei ptãtem ois carnis: vt qđ dedisti
ei p ꝓdestinationẽ det eis vitã eternam.
Nota sicut dedisti ei. scz filio tuo xpo: qꝛ
de se loquebatur ptãtem ois carnis. In
sacra scriptura tã in vetꝛi testamento ꝙs
in nouo testamẽto caro sumit ꝓ homie.
Dauid. ps. lxiij. Ad te ois caro. s. huma
na. v. niet ad iudiciũ. Itẽ Ysa. lxi. Ueniet
ois caro vt adoret coram facie mea. Item
Jo. j. Uerbũ caro factũ est. i. filius dei ho
mo factus est. Dicit ergo. Dedisti ei po
testatem ois carnis humane. Unde dõ.
Ois subiecisti sub pedibꝰ eius ꝛc. Nota
h ꝙnqꝫ ꝓditiões gentiũ in hoc mũdo. pri
ma ibi. oues q signãt simplices ꝑsonas ꝛ
ignorãtes ꝓcepta dei seruãtes: tales di
cunt oues pascuis xpi. Scõa ibi. boues
que signãt ꝑsonas ꝓfecteviteque habẽt
duo cornua. s. sanc doctrine ꝛ sancte vite
quibus pcutiũt gentes mũdanas: dãdo
exemplũ bonevite ꝛ arãt terrã corpis vt
faciat fructũ penitẽtie sed nõ portãt on
scz ꝓlationũ nec diuitiaꝝ. Nota cũ dici
t. bouesvniuersas in feminino ꝛ nõ in
masculino genere: qꝛ vacce. i. ꝑsone sũa
les ꝛ ꝓfecte dant de lacte vberũ veteris ꝛ
noui testamẽti predicãdo ꝛc. Tertia ibi.
Insuper ꝛ pecora campi. que sunt infide
les: qui subijciunt xpo si nevelint sine no
lint: ꝛ modo ipsum negẽt dicendo nolumus eũ. Quarta ibi volucres celi. s. con
templatiui: quivolant in altum ad instar
aniũ. Quinta ibi. ꝛ pisces maris. s. negociatores. Omnes isti subijciunt xpo dño.
Ecce quare dicit. Dedisti eis ptãtez ois
carnis. Nec ptãs ei fuit data qñ deꝰ pa
ter in consistorio trinitatis ordinauit qđ
eius filius moreret: tunc simul ordina
uit curiã sui primogeniti vt tales essent
consiliarij. s. patriarche: prophete: apo
stoli: eius milites sunt martyres camera
ry: ꝛ scutiferi: vt daret eis vitam eternã:
qꝛ per meritũ passionis habemus introi
tum ad gloriã quam amiseramus per
adam. Autoritas. Quos presciuit ꝛ pde
stinauit ꝓformes fieri imaginis filij sui
vt sit ipse primogenitꝰ in multis fratribꝰ
Ad Rom. viij. Sicut ergo xps in sua ora
tione petijt decez clarificationes sic eiã
postulauit ꝙ suis a patre sibi creditis et
ordinatis per predestinationẽ vt daret
eis vitã eternã. Et declarauit quid eis vi
ta eterna dicens. Hec est vita eterna vt co
gnoscant te solum verum deum: ꝛ quem
misisti iesum xpm. Cõtra errores iudeoꝝ
qui ponũt suã gloriã in ipso leuiathã: et
in abũdantia bonoꝝ tpalium. Et agare
noꝝ qꝫ ponũt eã in melle lacte ꝛ i mulieri
bus ℞ ginibꝰ ꝛc. Cõtra ꝙs dicit xps: hec
est vita eterna. Ihota soliverũ deũ. Et vꝝ
hoc dicit Arrius hereticꝰ qꝫ ioius patꝛ

est ver⁹ deus: cū dicit solū verū deū. Sed nota q̄ hec dictio exclusiua solū p̄t addi subiecto vel p̄dicato: ita q̄ p̄t esse ō subiecto vel p̄dicato excluso. Sicut si ego dicerē vni iurato huic⁹ ville vos solus estis iurat⁹. s. excludēdo alios: & tūc ēt falsa. Sed a parte p̄dicati esset ꝑa: dicēdo vos estis iuratus solū. s. excludēdo alia officia: & tūc esset ꝑa. Idē ō ista vt cognoscāt te solū verū deū excludēdo humanitatē & tunc est vera: q̄ pater est solū deus: q̄ nō ēt homo. Idē de spūsancto: ꝛ filius nō est deus solū: sed ēt deus & hō: sicut de illo q̄ esset baliuus & iuratus non est verū dicere vos estis iuratus solū: q̄ etiā est baliuus. In hoc ergo ꝓfitit gīa vide re xp̄m verū deū & hoiem. Ecce q̄o petit xp̄s gloriā p suis p̄destinatis. Questio si dicat ḡre oportebat eū petere vtrū predestinatio infallibilis est. Sed tm̄ ita est hec questio. Ratio: q̄ si aliquis dñs ordinauit facere aliquod instrm: ad quod faciendum iam se preparat notarius iā recipit pergamenū: incaustū ⁊c. Si diceret notario: quare recepistis pergamenum: calamū: & huiusmodi rnderet q̄ ideo: q̄ aliter instrm non potest scribi. Idē de diuina predestinatione. Instrumenta quibus diuina predestinatio cōpletur & ꝓficitur: sunt passiones mors xp̄i: oratio: bona opa: bona vita hoīs & penitētia: cōteri de peccatis: ꝓfiteri ⁊c. Ista sunt instrā quibus p̄destinatus venit ad effectum p̄destinationis. Dicūt quidā. Quid opꝫ me facere penitentiā: q̄ si p̄destinat⁹ iuꝫ ⁊c. Dic q̄o in libro vite nō solū scribit: talis erit saluus: sed etiā ponit rō. s. opa & vita ex quib⁹ saluabit. Ybigfa. Talis saluabitur: q̄ statim baptizatus moriet. Si dicatur: quid opꝫ ipsum baptizari. Rndet q̄ illud cadit sub predestinatione. Item talis saluabitur: quia humiliabitur: talis: q̄ resistuet. Idem de presciti⁹ nō solū scribit talis dānabit: sed etiā scribit rō & cā quare damnabit. Sciens ergo xp̄us q̄ predestinati venirēt ad gloriā ꝓ suam oratione & passione ideo orauit. Greg. in primo dialogoꝝ. Ipsa eterni regni p̄destinatio sic elt ab omnipotenti deo disposita: vt ad hanc electi ex labore perueniāt quatenus postulando mereant accipere quod eis omnipotens de⁹ ab eterno disposuit donare motaliter. Sicut xp̄s curauit nō solū de se: sed etiā de suis ad ꝓcurandū eis saluationez. Sic quilibet dñs & paterfamilias nō solum tenet saluare seipsum: sed etiā tenet ꝓcurare saluationem suis famulis & domesticis. Inducāt ergo dñi vt inducāt suos captiuos & infideles ad baptismū. Ita q̄ filij & famuli & ancille audiāt missam: ꝓfiteāt: cōicent quolibet anno. Als dicit scriptura. j. Tim. v. Si q̄s a suoꝝ & maxime domesticoꝝ curam nō hz fidē negauit: & est infideli deteriot. Tertius punct⁹ orationis xp̄i fuit allegatio prudēs. q̄m sicut dñi iuriste q̄n volunt aliquid obtinere cōtra iudice: allegant sua iura: priuilegia: & ꝙsuetudines. Sic xp̄s in sua oratione allegauit dices deo patri. Ego te clarificaui sup terrā. s. veritatē fidei hoibus docēdo: opus consummaui q̄ dedisti mihi vt faciā. s. passionis: q̄ eius passio iam incipiebat. quā peracta dixit. Consummatū est. Jo. xix. pro se allegauit solū obedientiā dicens manifestaui nomē tuū hoibus quos dedisti mihi de mūdo. Tui erāt & mihi eos dedisti: & sermonē tuum seruauerunt ⁊c. Sequit. Uerba que dedisti mihi dedi eis & ipli acceperunt & cognouerūt vere: q̄ a te exiui. & crediderūt q̄ tu me misisti ⁊c. vsq; in finē. Ubi ꝓ nobis in rone exaudit⁹ nis allegat credentiā & obedietiā. Nota. Ego te clarificaui: q̄ deus pater ante aduentū xp̄i non cognoscebat ita distincte sicut modo: nec etiā spūssanct⁹. Ideo petebat filius vt pater etiā ipsuꝫ clarificaret ꝓ aliqua magna miracula: sicut fecit in dictis decē clarificationib⁹ que dare oltendūt ipsuꝫ esseverū filiū dei. Et p se allegauit obedientiā: q̄ fuit obediēs deo patri cōplendo opus sibi cōmissum: fundat in ista lege. Sz q̄ peccatores nō audit de⁹. Jo. ix. ꝓ nobis allegauit duo sz legem de obedientia ibi. Sermonem meū seruauerunt. Et legem de credētia. ibi. Et crediderunt q̄ tu me misisti. Si dicatur quare xp̄s non allegauit credentiam suam. Respondeo. q̄ christus nō habebat fidē. Ratio q̄ fides est credere q̄ non vides: sed xp̄s videbat oia clare iam ab instanti conceptionis: sed nos non videmus clare: ideo allegauit ꝓ nobis credentiam et obedientiam. De his duabus legibus dicit Joā. Si cor nostrum non reprehēderit nos fiducia habemus ad deū: vt quicq̄d petierim⁹ accipiem⁹ ab eo: q̄m mādata ei⁹ custodim⁹ & ea q̄ sunt placita cora eo facim⁹. j. Joā. iij. Ex p̄dictis patz ꝙ habem⁹ duos modos allegādi in oone. s. ꝓ obsecrationez & ꝓ gratiaꝝ actione. Si aūt vultis allegare ꝓ lege credētie attēdatꝫ vt allegetꝫ dñ per modū obsecrationis. Fm q̄ dicit Greg in letania allegādo illud q̄ hō credit de deo: ita dicēdo. Dñe ꝙ maiestatez vraz trīū ꝓsonaꝝ & vnius dei dctis mihi hoc vel illud. hoc mō allegat illud q̄ hō credit de deo. Itē. Dñe ꝓ hūilitatē vram suppōdere incarnatiōis: dctis mihi virtutē hūilitatis. Itē ꝓ virginitatē matris vestre: dctis mihi virtutē castitat⁹. Itē ꝓ passionē vestrā: dctis mihi virtutē patiētie. Hoc mō obsecrando hō allegat illa q̄ credit: & est bon⁹ modus orādi. nō dicatꝫ vos. Dñe exquo credo trinitatē vestram vel incarnationē vestrā. iō faciatis mihi hoc vel illud: or nō allegaretis bñ. Scōs modus bon⁹ [illegible] ꝓ gratiarū actionē: allegādo illa q̄ [illegible]is ꝓ deo fm legē obediētie. Sed in mō allegādi fm hāc legez requirit magna cautela: q̄ taliter posse tis allegare per legē obediētie q̄ ꝑderetis vestrū ꝓcessum: vel taliter q̄ lucrabimini. Si aūt allegatis illa que fecistis ꝓ bono: & petitis vt propterea faciat vobis gratiā quā petitis: quasi teneat hoc facere vobis ex his q̄ vos fecistis ꝓ cōmale allegaretis & ꝑderetis placitationē vl ꝓcessuꝫ. sicut fecit ille phariseus. de quo Lu. xviij. qui dixit. Dñe non sum sicut ceteri hominū: iciuno bis in sabbato: decimas do olim q̄ possideo: bonā legē allegauit: hz nō bono mō: iō hic fuit reprobatus & ꝑdidit placitationē vel ꝓcessuꝫ. Sz bon⁹ modus allegādi per gratiaꝝ actionē est dicere. Dñe vos mihi fecistis magnam gratiā: q̄ posuistis me in sctā religione. Ideo dñe faciatis mihi talē gram ⁊c. Idē de alijs virtutib⁹. Jō dñe placeat vobis facere mihi talē gratiā quā peto. Jste est bon⁹ modus. Idē dz facere ꝓsbyter. nō alleget ex pte sui dicendo. Dñe amore vestri ego me ordinaui vl celebraui: ieiunaui: vel viuo cōtinēter: ideo dñe faciatis mihi talē gram: q̄ hoc nihil valet: sed dicat. Dñe erā in mūdo & vos fecistis mihi gratiā q̄ me elegistis ad seruitiū vestrū & dedistis mihi potestatē quā

nō ꝓcessistis ag̃elis cōsecrādi corpus vestrū: & tot gratias mihi fecistis: ideo dñe faciatis mihi talē gratiā vel talē quā peto. Jsto mō obtinebit. Idē de laicis dicēdo. Dñe tot gras mihi fecistis: q̄ me ad imaginē vestrā creastis: & inter xp̄ianos me nasci fecistis: & ꝓ sctm baptismuz me ab originali pctō mūdastis & ꝓ pniaz tot pctā mihi remisistis: ideo dñe placeat vobis hāc graz mihi ꝓcedere ⁊c. Dic miraculū q̄ legit in vitaspatrū de quodā fratre deuoto & bono q̄ in suis ofonib⁹ non habebat illas ꝙsolationes spūs nec dulcedines cordis ꝗs multi hñt q̄ semel orādo & male allegādo: dixit. Dñe tot ānis seruiui vobis: & tñ nondū dedistis mihi aliqua cōsolatione diuinā: nec sentimētū dulcedinis cordis. Si tantū seruiuissem vni infideli iā ostendisset mihi aliqua signa amoris: et vos nihil. Subito venit vmbra magna q̄ ipm ꝓstrauit in terrā se mimorituū dicens. Donec te contēpseris sicut luturz q̄ calcas nō sentiet diuinas cōsolationes ⁊c. q̄m in tuis bonis operibus plus operat deus q̄ tu. Sicut i scriptura instrumēti plus facit notari⁹ q̄ calamus: q̄ nō dz dicere instrumētum ego facio hoc: sed principale agēs facit. ideo Esa. xxvj. Oia opa nra operat⁹ es in nobis dñe deus nr. Itē. j. Cor. xij. Diuisiones operationū sunt: idē vero de⁹ q̄ operatur oia in oibus. patet q̄ q̄ modus petēdi in oratione est duplex: vel fm leges allegādo ea que hō credit de deo ꝓ obsecratione: vel fm canones allegando opera bona per gratiarū actionem. De his autoritas. Jn oi oratione & obsecratiōe. Ecce primū cum gratiarum actiōe. Ecce scōm. petitiones vestre innotescāt apud deum. Phil. iij.

¶ Dñica in ramis palmaꝝ. Sermo. s.

Scendā in palmam & apprehendā fructus eius. Cant. vij. In sacra scriptura aliquando per palmā intelligit crux. quandoq; penitendo: quandoq; contemplando in palma crucis colligitur fructus vite. In palma penitētie colligunt septem fructus: quatuor dabūtur corpori: & tres ale. Primus fructus viri insti sicut scā scriptura dicit

erit daritas. Unde. Fulgebūt iusti sicut sol. Mat. xiij. Scōs fructus erit agilitas qz ita agiles erūt sicut iā cogitatio nr̄a: sicut de dño dicit: qz post resurrectionez suā erat ita agilis q̄ modo apparebat discipulis cūtibus in emaus: mō illis qui erant in hierlm. Tertius erit subtilitas qz tūc non erūt corpora ita turbida sicut mō sunt: z erūt valde subtilia. Sicut de dño dr̄ q̄ intrauit ad suos discipulos ianuis clausis: qō nō potuisset fecisse ante resurrectionē nisi p miraculū: z tūc fecit sine miraculo. Quartus impassibilitas i. sanitas: qz nec in corpore nec aīa erit infirmitas. Primus fructus aie erit cognitio dei. Unde apl's. Nūc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā sicut z cognitus sum. j. Cor. xiij. ibidē. Videmus nunc per speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciez. Scōs erit de humanitate xp̄i in glia: qz videbit iustus deum in natura humana hanc gloriā non habebūt angeli. Tertiꝰ erit amor: qz si aīa videret z cognosceret z nō diligeret: nō eēt totalr beata: z amabit z videbit z cognoscet. Uñ dicendo de fructibus corporis z aie veniemꝰ ad palmā contēplationis. Palma ēt angusta est inferius z superius lata sic aīa q̄ vult ascēdere ad deū dz esse stricta z gracilis ad oēs voluptates terrenas et carnales affectus: z superiꝰ lata p amorē celestiuz qz aīa ḡtomagis se extendit per amorez tanto magis dilatat per contēplationē. Ista palma hz septē ramos: z supernū: quēq; ramū vnā suē z vnū florez. primꝰ ramus est cōsideratio sui: qñ aīa conscie tiā suā bona fide exquirit ne in ea aliq̄d remaneat qō dei oculos offendat. Unde Ber. Nemo absq; sui cognitione saluat: de qua mater salutis humilitas orit. vñ humilitas liberat. De hoc ps̄. Humiliatus sum z liberauit me. Scōs saluat. ps̄. Qm̄ tu pp̄ie humilē saluū facies ꝛc. Humile spū saluabis. Tertio virtutes conservat. Uñ Greg. Qui ꝑtutes sine humilitate congregat: quasi puluerē in ventū portat. Ber. Humilitas mater est virtutū z cinis conseruās ignez charitatis. Sup hūc ramū nidificat pauo: qui talis est nature q̄ qñ dormit ō nocte si cuigilauerit clamat: quia credit se amisisse suam pulchritudinē: z significat aiaz que in huiꝰ seculi tenebris dormit: que semper timere debet ne speciem suā amittat. i. ne dona gratie a deo sibi collata perdat: z debet clamare magno clamore qñ sentit sibi aliquid inherere pcti. Sup hūc ramū nascit vnus flos bonis odoris z celestis coloris: qui viola vocat. q̄ significat humilitatē. Unde in cant. Nardus mea dedit odorem suū. Nardus enim quedam herba paruula est calide nature z significat hūilitatē. Humilitas em̄ minime esse pōt sine caloꝛe charitatis. Talis humilitas magnū odorē dedit. Hec em̄ dei filiū in terrā traxit: attestāte beata virgine q̄ dicit. Respexit humilitatē ancille sue. Hec em̄ fuit specialis virt⁹ ꝓpter quā descendit in ipaz: qt nisi humilis fuisset: nunq; dñs in ipsam descēdisset. Dñs supbis resistit: humilib⁹ aūt dat graz. j. Pe. v. Hūc florē desiderabat dauid cum ōrādo dicebat. Aspges me dñe ysopo. Hoc em̄ significat ysopus qō nardus. ysopus purgat pectꝰ: z hūilitas purgat mētē ab oī inuidia z malicia. Scōs ram⁹ est cōpassio p primi qz qñ aīa bona z serena intētione q̄rit ne creatori suo displiceat: tunc statim postq̄ recepit hūilitatē tūc humilr descēdit ad imbecillitatē primoꝛ: z eis cōpatit. Sup hūc ramū nidificat pena q̄dam auis que talis nature ē q̄ iuxta mortuorū sepulturā habitat. z qñ aliquis mortui appropinquat: tūc sentit a longe z clamat. Auis ista significat aiam cōpassione plenā: q̄ debet cōmoꝛari iter illos qui morte peccati mortui sūt: vt ipsos ad viā veritatis valeat reuocare: z quando peccator aliquē morti aie appropiquare dz clamare clamore cōpassionis p oratione z lachrymarū effusionē. Sup hūc ramū crescit flos q̄ dr̄ glay. Hic flos crescit circa aquas. per quē florē intelligunt illi q̄ peccata defient more fluētis aque. circa illos debet aīa cōpatiens cōmoꝛari. Hūc florē desiderabat dauid cū dicebat. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei. Hunc etiam habebat Hieremias qui dicebat. Quis dabit capiti meo aquam: z oculis meis fontem lachrymarū vt ploraꝛe valeaz interfectos populi mei die ac nocte. Hiere. ix. Tales lachrymas debet habere aīa q̄ in cacumen palme contēplationis desiderat ascēdere. sup hunc paulus ascendit qui dicebat. Quis infirmatur z ego non infirmor: qs̄ scandalizatur z ego

nō vror. Si gloriari oportet in his q̄ infirmitatis mee sunt gloriabor. ij. Cor. xj. Tertius ramus est temporalis afflictio: qz qñ fidelis aīa in statu penitētie est cōstituta: oēs afflictiones temporales patienter tolerare conatur. Sup hūc ramū nidificat olor: qui alio nomine cignus dr̄ qui talis nature ē q̄ qñ mortī appropinquat suaue cāt: z significat in tribulatione seu afflictione gaudentē. Sup hūc florē conscēderūt apostoli: de quibus dictum est. Ibant apostoli gaudētes a cōspectu cōcilij: qm̄ digni habiti sunt p nomine iesu cōtumeliam pati. Act. v. Sup hunc ramū crescit flos lilij. Unde spōsus in canticis. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Qñ em̄ nascit lilium inter spinas: spine pungūt lilium: z non remurmurat: z q̄to magis ip̄m pūgunt tāto magis eis odorē suū effundit. Sic dz facere fidelis aīa: nō dz reddere aduersarijs malū p malo: sed p patiētiā odorē suauitatis effundere: vt possit dicere cuz apl'o xp̄i. bonus odor sumus. ij. Cor. ij. Quartus ramus contemplationis est cōpūctio: z est qñ aīa laborē creatoris ad memoriā reuocat. Et ita oīa aduersa secum equa mēte tolerat: qz sicut clauus alio clauo ejcitur: ita aīa diuersis tribulationib⁹ fatigata dz ad memoriā reuocare tribulationes quas pro ea dilectꝰ suꝰ tolerauit: vt ei amaritudines quas patit dulcescāt. Super hūc ramuz nidificat q̄dā auis q̄ dr̄ harpia q̄ vultum hz hois: z intantū crudelis est q̄ primuz hoiem quē viderit interficit: postq̄ eum interfecerit: vadit sup aquam: z in aqua speculatur q̄ sitez suū interfecit: z sic magno dolore cruciatur quotiescunq; videt hoiem z significat aiam q̄ cōsiderare dz q̄ similis eius scz deus iesus xp̄s p peccatis nostris mortuus est in cruce et hec considerās dz magno dolore conteri: sicut turtur qñ sociū suū pdidit: i loco vbi socium suū perdidit z mortuus fuit quā do plumam aut aliq̄d signum inuenerit mortis eius: magis tūc dolore afficitur. Et sicut inuenitur de quadam puella filia cuiusdā regis que patre orbata a parentibus ab hereditate ꝓpria orbata est et expulsa tūc cuiusdā regis filius super eā pietate motus eam sibi accepit in vxorē: z pro hereditate eius pugnauit et reduxit eā ad propria: z in ꝓlio ꝓ ipsa mortuus est: tunc puella militis arma suscipiens cum magna diligentia custodiuit z quotiescunq; ea videbat nimis afflige bat. Spūaliter loquēdo filia regis ē humana natura in adā: que in magno honore in paradiso extitit. Sed hereditatē suaz pdidit qñ a paradisi gaudijs ꝓpter pctm inobedientie eiecta est. Sed dei filius pietatis gra motus sup eā: z animā hereditate priuatā sibi despōsanit. s. qñ humanitatē nostrā diuinitati sue sociare dignatus est: z triginta tribus annis cōtra hostē dimicauit: z operatus est salutem in medio terre. Ad vltimū crucis patibulū velūtarie subijt. Sic ergo nos facere debemus sicut fecit p̄dicta puella. s. mortē defensoris nostri semp habere in memoria: reseruare crucem clauos z oia crucis instra: z sup ea ḡtidianis lachrymis deplorare. Super hūc ramū oritur rosa que spūaliter designat martyriū: et aiam q̄ cūctas voluptates de facili obliuiscitur: z p̄t dicere cū sponsa in cāticis. Vulnerata charitate ego sum ꝛc. z etiaz ebria. Qui ista ebrietate ebrī est nec frā gitur aduersitate nec ꝓsperitate eleuat. Quintus ramus est desiderij gloriе qñ fidelis aīa toto mentis affectu aduētum saluatoris desiderat. Super hunc ramū antiqui pres ascēderūt: q̄ dicebant. Veni dñe z noli tardare. Uñ quidez dicit Habacuch. ij. Si morā fecerit expecta illuz: qz veniēs veniet z non tardabit. Sup hunc ascenderat dō. q̄ discebat. Expectās expectaui dñz ꝛc. Et alibi. Sicut cerꝰ desiderat ad fontes aq̄r. ita desiderat aīa mea ad te deꝰ. Etiā sup hunc paulus ascēderat: q̄ dicebat. Cupio dissolui z ee cū xp̄o. ad Phil. j. z iterū. Infelix ego hō qs me liberabit de corpore mortis huiꝰ. ad Roma. vij. Super hunc ramū nidificat philomena: q̄ talis nature est q̄ de nocte ante diē cāt: z quādo videt clarescere z solis radios lucere: tanta hūaritate cantat q̄ pene disrūpitur. Et significat animaz que in huius vite tenebris solem iustitie expectat: z qñ eū senserit descendisse per gratiā: tūc tāto exultat gaudio q̄ nec ex toto corde potest dicere: nec ex toto celare: z hec leticia vocatur iubilatio. Talis erat ille beatus senex symeon qui tanto tpe salutarem suū expectabat: qui dice

bat quãdo videbo: putas durabo. Et p tãto desiderio respõsum accepit a spiritu sancto: non visurũ se mortem nisi prius videret christum dñi. Tali voce illo desiderio illa philomena scz symeon cantauit tota nocte: & quãdo vidit solem iusticie tunc accepit in vlnas suas: & ait. Nũc dimittis seruũ tuũ dñe ꝑm verbũ tuũ in pace: q̃ viderũt oculi mei salutare tuum. Qõ parasti ante faciẽ oim populo. Lu ce. ij. Faciam⁹ ergo sicut ille beat⁹ senex amplectamur saluatorez in brachijs cordis nostri. Sup hũc ramũ oritur crocus: qui est pallidi coloris: q̃ homo tãto desiderio pallescit. Vñ sponsa in cãticis. Nolite me cõsiderare: q̃ fusca sim. Canti. j. Et iterum. Fulcite me floribus: stipate me malis: q̃ amore langueo. Cãti. ij. Et itez poeta. Palleat ois amans: nã hic ẽ color aptus amãti. Sextus ram⁹ palme cõtẽplationis est visitatio supna: qñ dñs aiam desiderãtẽ ꝑ gratiã suã visitare dignat. Super hunc ramũ nidificat hyrũdo: q̃ talis est nature q̃ volãdo victũ suũ accipit: & significat aiaz supno desiderio flagrãtẽ: q̃ nihil in terra dz accipe nisi q̃si volando sine mora dilationis transeũdo. Super hũc ramũ nascitur solsequiũ. Solsequiũ dicitur quasi solẽ sequens qñ ortũ solsequiuz aperit. & qñ sol subtrahit solsequiũ claudit: & signat aiam fidelẽ q̃ dz habere cor ꝑ diuinũ amorem & celeste desideriũ desup patefactũ: & si aliqñ glia se ab eo subtraheret: debet cordis aditũ cõtra seculi delectatiões & oblectamẽta cã delectatiõis claudere & vt sit vere solsequiũ dz solẽ iusticie sequi. Sup hũc ramũ Ezechias coscẽderat qñ dicebat. Sicut pullus hyrũdinis sic clamabo. Esa. xxxviij. Talis erãt magdalena: que quãdo venit ad monumẽtũ & nõ inuenit dominũ qñ ab angelo sibi loquente responsum accepit: q̃ dñs surrexit: tanto flagrabat desiderio cor eius & dilectiõis feruore q̃ nullũ ab aliquo vellet solatiũ suscipere. Augustin⁹ tã ingẽti lumine corruscabat: q̃ cor ei⁹ verũ lumẽ vel solẽ reçres quodcũq; aliud videbat inspicere vilipẽdebat. Vñ contigit q̃ cũ crebro inquireret in loco in quo nõ erat quesitura eũ ibi postremo quesitũ inuenit. Quia procul dubio q̃ i vera dilectiõe & deuota oratione persisteret & carnales delectatiões postponẽs deũ quereret inueniret sicut ipse dicit. Ego diligẽtes me diligo: & qui mane vigilauerint ad me inuenient me. ꝓuer. viij. Sup hunc ramũ ascẽderat qui dicebat. Remitt⁹ solari aia mea. ps. lxxvj. Septimus ramus est defectio: scz qñ anima tantuz diuini amoris vinculis constringit vt corpus oporteat deficere. Sup hũc ramũ ascenderat qui dicebat. Defecit i salutari tuo aia mea. ps. cxviij. Sup hunc ramũ nidificat fenix: q̃ vnica auis est in mũdo: ꝑ quã q̃ spũaliter i vinculis vnitatis conjuncti sunt intelligunt. Fenix eñ talis est nature q̃ cũ die mortis iminere cognouerit diuersas species aromatum sibi multiplicat in calidiori parte eas collocatas ex alarũ collisione accẽdit: & intus insiliens seipsum concremat & ex cineribus eius vermiculus prodigit & de vermiculo itez fenix renasci tur. Fenix etiaz alio loco xp̃m significat cui nullus hominũ coequari poterit: in quo olim spez virtutes requieuerũt qui ꝓ dilectione nostra in altari crucis cremat⁹ est. Per fenicẽ etiã aia fidelis designat: q̃ virtutũ species ꝓgregat et eas in feruore charitatis deferẽs in altũ se collocat in altari cordis: & se oipotenti deo in odorẽ suauitatis libẽter offert. Et hoc sacrificiuz pingue dr. Vñ ps. holocaustã medullata offerã tibi. Tũc renera sacrificiũ est pingue qñ aia per sancta desideria subleuata: per sancta opa impinguata: ꝑ humilitatẽ aliquãdo deficit ex diui nox operũ largitate: & hoc signat per reginã Saba: que ad audiendũ sapiẽtiam Salomonis venit: & multo maiorẽ ẽ⁹ audierat inuenit & ꝓ mira admiratiõe defecit. Flos & fructus huius rami est xp̃s qui dicit ego sum flos campi. De hoc fructu dr. Et benedict⁹ fructus ventris tui. Folia huius rami sunt clamor: plãctus: suspiria: & singultus. Sic ipse benedict⁹ fructus benedicet populo suo in pace.

¶ Dñica in ramis palmarum. Sermo. ij.

LUria turba strauerunt vestimẽta sua in via. Matthei. xxj. In sancto euãgelio hodierno in quo continetur tota materia hodierne solẽnitatis ostenduñt tria magna seruitia: q̃ fuerunt hodie xp̃o exhibita a tribus conditionibus gentium scilicet.

Primum ꝑ suos discipulos deuote.

Scõm ꝑ bestias simplices subiecte.

Tertiũ ꝑ gentes mũdanas publice.

